B. C. D.

# SCIAGRAPHIA MORBORUM,

CUJUS

PARTEM QUARTAM,

VENIA EXPERIENT. FACULT. MEDICÆ IN REGIA ACAD. ABOËNS.

VENTILANDAM EXHIBENT,

PRÆSES

DN. DOCT. JOHANN. J. HAARTMAN,

Aſſeſſ. atque Medic. Profeſſ. Reg. & Ord. Eques Reg. Ord. Waſ. atque Membrum Reg. Acad. Scient. & Soc. Patr. Holm.

ET

RESPONDENS

ALUMNUS REGIUS

JOHANNES CHRIST. FLORIN,

*Satacunda-Fennus.*

In Auditorio Majori Die XXI. Junii, Anni MDCCLXXIX.

*Horis ante meridiem Conſvetis.*

---

*ABOÆ*

Impreſſa apud Viduam Reg. Acad. Typogr. JOH. CHRISTOPH. FRENCKELL.

# CLASSIS IV.

PROFLUVIA Vog. *Fluxus* Sauv. M. *Evacuatorii* Linn. Flöder.
Profuſiones & excretiones præternaturales, ſubacutæ atque interdum pyreticæ, longius protractæ, in Tabeſcentes mutabiles.

## ORDO I.

HÆMORRHAGIÆ Vog. Cull. *Phleborrhagiæ* Hipp. *Sanguifluxus* Sauv. Sag. Blodflöder.
Fluxus ſanguinei, quacunque via erumpant.

Gen. 73. EPISTAXIS Vog. G. 82. Cull. *Hæmorrhagia* Sauv. Linn. *Hæmorrh. narium* Hoffm. Näs-blödning.

Spec. 1. Epist. Passiva.

*a*) — *Artificialis:* ut Medicina, Pulv. Sternut. &c. provecta: Hæmorrh. paſſ. Sauv. ſp. 1. b. Hirudinalis S. ſp. 7. — Artif. Sagar.

*b*) — *Traumatica:* a læſione capitis, contuſione naſi &c. Hæmorrh. paſſ. S. ſp. 1. a.

*c*) — *Diætetica:* a vociferatione, &c. Tempeſtas calida, motus vehement. &c. ſanguinem reſolvunt; ſpirituoſa & vita ſedentaria plenitudinem ad ſuperiora promovent.

*d*) — *Ab affectibus:*

*e*) — *a Vermibus:*

*Cura:* Artificialem D. D. Sagar ſtrami-

nibus ſiccis inæqualiter abruptis & membranæ Schneiderianæ fortius intruſis prolicit, *alii* penna ſerratim inciſa, vel Receptaculis Ranunculi &c. Reliquæ varietates alvum moventibus & refrigerantibus Nitroſis moderandæ; immo etjam V. Sect. aliisque antiphlogiſticis, vel pulvere ſtyptico Helvetii, vel acido vitrioli ſaturatis; ligaturis artuum atque pediluviis, ſiſtendæ. Interdum ſolum Topica, ut acetum, ſolutio aluminis vel charta bibula, alcohole vel aqua ſtyptica irrorata, nec non Pulv. Atramentarius Subſtans dictus, vel Pulv. Rad. ſymphyti, ad modum Pulveris Tabaci naribus adtractus, ſufficiunt. *e*) Chinata & Anthelmintica atque antiſpaſmodica ſimul requirit.

Sp 2. Epist. Plethorica.

*a*) — *Adoleſcentum:* ex familia Phthiſica vel Hæmorrhoidali, & plethora partiali laborantium. Hæm. pleth. Sauv. ſp. 2.

*b*) — *a ſuppreſſa excretione:* alvina, menſium, Hæmorrhoid. &c.

*c*) — *a ſuppreſſis evacuationibus ſanguineis*: gravidarum &c.

*d*) — *a Colluvie* ſemi obſtructa in viſceribus ſedentariorum:

*e*) — *a membro amputato:* Hoffm. Med. rat. T. IV. p. 197. conf. Diſſ. D. D. & Aſſ. Zetzel de morb. Evacuat. ſangv. Præſide Roſenſtein.

*Cura* præcedentis in paroxyſmo, quo transacto, prophylactice Aëre rurali & vita duriori, ſolida roboranda, alvus v. diæta



lactea

lactea atque vegetabili aperta ſervanda. *c*) *d*) & *e*) V. Sectionem ad præſervationem ſimul requirunt; & Obſtruct. viſcerum amara ſaponacea nec non aquas minerales.

Sp. 3. Epist. Complicata & Symptomat.

*a*) — *Febrium ſimplicium* & exanthem. a) critica, cum imminutione ſympt. Hæmorrh. crit. S. ſp. 3. b. & 4 b) ſymptomat. c. deſipientia vel ſpaſmo, Quartanariorum &c. S. ſp. 3. a. & 5.

*b*) — *Dolorificorum:* Cephalalgiæ, Arthriticorum, Rheumatiſmorum, Iſchiadicorum, Odontalgiæ, Catarrhalium &c.

*c*) — *Nervoſorum* & *Debilitatum:* a) critica Apoplecticorum, Hoffm. ex Lanciſio T. IV. p. 243. §. II. b) Symptomatica, a Tuſſi, Sternutatione &c.

*d*) — *Chronicorum morborum*, cum putredine: a) Scorbuticorum b) Cachecticorum & Ictericorum Huxh. Hoffm. c) Hydropicorum Hæm. Chron. Sauv. ſp. 6.

*e*) — *ſuppreſſa* vel *retenta:* febres, inflammationes, Apoplex. Epilepſ. Hæmoptyſin, Phthiſin, Cœcitates &c. excitans — Chr. S. ſp. 6. b. Hoffm. T. IV. p. 197. §. IX.

*Cura* præcedentis & morbi primarii: in malignis Febribus, ſæpius recurrentem, D. D. Vogel compeſcit, turundis, vitriolo albo aqua ſoluto, madidis, ac in nares intruſis, atque interne ſero lactis aluminato, per plures dies potato. Chinata his inprimis conveniunt; uti etiam ſpiritus Vitrioli dulcif. c. Laudano.

Gen. 74. HÆMOPTOË Vog. G. 83 *ſputum Cruentum* Senn. Blod-harſkning, ſpottning. Sanguinis ex vaſis oris vel faucium profluxus, ſine tuſſi vel vomitu.

Spec. 1. HÆMOPT. GINGIVARUM. Tand-blödning.

*a*) — *Mechanica:* ex alveolo evulſi dentis; *Odontirrhœa* Vog. G. 86.

*b*) — *Scorbutica: Stomacace* Plinii, Vog. Gen. 85.

*c*) — *Sanguineo-purulenta:* a ſalivatione &c.

*Cura:* Aqua Aluminoſa & Elect. Gingivali lavandæ ſunt gingivæ; conf. Hæmodiam Odontalg. Cl. II.

Sp. 2. HÆMOPT. FAUCIUM, ductuum ſalivalium &c. ſola raſcatione ejecta.

*a*) — *Paſſiva:* a) ab Hirudine Hæmopt.? S. ſp. 13. b) a deglutitis aciculis vel oſſibus &c. c) a clamore.

*b*) — *Plethorica:* a) ex ſuppreſſa evacuatione Menſ. vel intermiſſa V. Sect. &c. *Hæmorrhoides oris* Helwigii, — S. ſp. 7. b) Palatina e Capite cum Cephalalg. & tinnitu aur. Foreſtus. c) Sincerus faucium, ex obſtructione viſcerum d) gravidarum Vog.

*c*) — *Complicata* ſive ſympt. a Salivatione &c. ſtomac. purul. Sauv. ſp. 4.

*Cura:* Laxantia Antiphlogiſtica & gargarizatio oris cum aceto Aluminiſato &c.

Gen. 75. HÆMOPTYSIS Sauv. Linn. Vog. G. 84.

G. 84. Junck, *Hæmoptoë* Bœrh. Blodhoſtning. Hæmorrhagia Aſperæ vel Pulmonum, cum tuſſi vel duntaxat exſpiratione rejecta.

Spec. 1. HÆMOPT. PASSIVA per Rhexin &c.

*a*) — *Gymnaſtica:* a) a vociferatione, niſu, vel ponderibus, b) a motu violentiori, equitatione vel ſaltatione &c. Hæmopt. accid. Sauv. ſp. 1.

*b*) — *Medica*: a) ab Hydrargyroſi, b) de Opio Tralle &c. ~~Hæm. a diapedeſi S. ſp. 5.~~

*c*) — *Diætetica*: a Saccharatis & diæta lauta &c. plethoram, humores acres & teneritudinem vaſor. efficientibus.

*d*) — *ab Affectibus:* ira, mœrore vel terrore, Hoffm.

*e*) — *a Vermibus* v. der Boſch.

*f*) — *a Calculis Pulmonum*:

*g*) — *Traumatica*: a) a vulnere externo, lapſu vel contuſione, b) Lapicidarum, c) a deglutitis inter ridendum aciculis. Sauv. ſp. 12. a b. c.

*h*) — *a conſolidatione ulcerum*, Vog.

*Cura*: remotis occaſionalibus adhibenda ſunt Antiphlogiſtica & Pulv. Pectoralis cum Nitro, Tragag. Antim. Diaph. & Paſta Altheæ; verſus finem Chinata; poſteaque vita ruralis eligenda, quo pulmones ex Aëre puriori &c. iterum roborentur; nec fruſtratur ſpes eorum prophylactica, qui Lichene Iſlandico, in pulmentis &c. utuntur. conf. Act. Holm. 1744. p. 170. & Prof. Bergii Mat. Med.

Sp. 2. Hæmoptysis Plethorica, per vaſorum dilatationem &c.

*a)* — *Adoleſcentium a ſtatura* &c. plethoræ partiali favente; Hæm. a ſtatura, Hoffm.

*b)* — *a plethorica* ſedentariorum & laute viventium *colluvie:* a Tuſſi plethorica Tralle de Opio.

*c)* — *a ſuppreſſis evacuationibus:* a) ſanguineis, Epiſtaxeos, Hemorrh. Menſtruorum. — Catamen. S. ſp. 4. — Period. S. ſp. 5. b) Gravidarum c) ex obſtruct. alvina.

*d)* — *ex Spaſtica viſcerum obſtructione:*

*Cura* antecedentis una cum V. Sect. repetitis & Clyſmatibus refriger:bus; Prophylactice Plethoræ occurrendum eccoproticis, & circa æquinoctia V. Sectione. Sæpius, immo in caſu deſperatiori, etiam obſervavimus hauſtulum ſpiritus frumenti non aromatiſati, aſt Nitro ſufficienter ſaturati, aliquoties poſt V. Sect. renovatum, optato cum effectu uſurpatum eſſe. Conf. Acta Nov. Upſal. T. I.

Sp. 3. Hæmopt. Acrida, per vaſorum eroſionem, cum urina colorata, ſputis ſalſis, calore urente cutis & pulmonum.

*a)* — *acrimonialis* Sagar, — habit. Sauv. ſp. 2. — a diaped. Sauv. ſp. 3.

*b)* — *ſphacelaris* Sagar; — Sphac. pulm. Sauv. ſp. 11.

*Cura:* Antiphlogiſtica ſpeciei primæ, cum emulſionibus Amygdalinis & Papaverinis ſufficienter nitratis; nec non Gelatinæ cum ſucco citri ſaturatæ; Aquæ Bened. cum Lacte, &

 Deco-

Decoctum Malthi cum China interdum plurimum efficiunt. Acrimoniam humorum poſtmodum cum vibrationibus oſcillorum, Diæta lactis recentis, aliisque eupeptis inſalſis, potuque Selteranæ cum lacte mixtæ, corrigere tentes, ſi vita ruralis tibi denegata ſit.

Sp. 4. Hæmopt. Complicata vel Symptomat.

*a*) — *Acutorum*: a) critica, b) Symptomatica, in Pleurit. Peripneum. &c. — Catarrh. S. ſp. 8. — Variol. S. ſp. 7.

*b*) — *Chronicorum*: Hæmopt. Phthiſ. S. ſp. 9. a Tuberc. S. ſp. 10 — ſplenit. S. ſp. 16. — Aſcit. S. ſp. 15. — Scorbut. S. ſp. 6.

*Cura*: morbi primarii c. Antiphlogiſticis & Chinatis; nec non ſero lactis aluminoſo vel ſpiritu antiſcorbutico Drav. Eſſ. Caſcar. & Elix. Paregor. mixto. Succus urticæ & Scandicis tam Cærefol. quam Odorati, tempore vern. cum ſero lactis Tartariſato epoti, & aqua Selter. cum lacte poſtmodum repetita, Hæmopt. Catarrhalem & Pulmonicam, nec minus Splenit. & Scorbuticam egregie corrigunt.

Gen. 76. HÆMATEMESIS Sauv. Vog. G. 89. *Vomitus cruentus* aliorum.

Blod-kräkning.

Sanguinis e ventriculo per vomitum rejectio.

Spec. 1. Hæmat. Passiva.

*a*) — *ab Acribus*: a) a draſticis, venenis

&c. Hæm. Choler. S. ſp. 14. & 9. b. b) a Salinis, D. D. Spœring in Act. Holm. 1742.

*b*) — *Traumatica*: a) a Lapſu, contuſione, Aneuriſm. &c. S. ſp. 2. 3. a vulnere hepatis, Hepatirrh. S. ſp. 3. b) Infantum a compreſſione faſciarum, c) a partu, Vog. Præl.

*c*) — *ab Affectibus*: Ira &c. — Choler. Sauv. ſp. 9 a.

*d*) — *ab Hirudine* vel Lumbricis, S. ſp. 4.

*e*) — *a conſolidatione ulcerum*, Vog. Præl.

*f*) — *Simulata*: a deglutito ſanguine, Sauv. ſp. 10.

*Cura*: remotis cauſſis occaſionalibus Antiphlogiſtica, Antemetica, Hauſt. Salinus Riverii, Emulſiones &c. cum Paregoricis intermixta.

Sp. 2. Hæmat. Plethorica.

*a*) — *a plethora*: Hæmat. pleth. Sauv. ſp. 1. — Carnoſo-cruenta Sauv. ſp. 11.

*b*) — *Pituitoſa*: ex Catameniali vel Hæmorrhoidum &c. ſuppreſſione, Hæmat. Catam. Sauv. ſp. 5.

*Cura*: Antecedentis cum V. Sectionibus repetitis, levioribus.

Sp. 3. Hæmat. Complicata vel Symptom.

*a*) — *Acutarum*: a) critica, b) ſymptomat. Febrium malignar. & exanthem. ex inflamm. ventr. Vog.

*b*) — *Chronicorum*: ex ulcere Pancreatis

 — Sauv.

— Sauv. ſp. 6. — ex ſplene, Sauv. ſp. 7. & 12. — ab Hepate, Sauv. ſp. 13. — Scorbutica: Sauv. ſp. 8.

*Cura:* morbi primarii, cum Hauſtu Salino &c.

Gen. 77. HÆMORRHOIS Sauv. Linn. &c. *Catarrhexis* Vog. G. 91. *Fluxus Hæmorrhoidalis* plurimorum;

Gyllen=åder, Smicker=flöd.

Sanguinis puri, rarius torminoſa ex alvo rejectio.

Spec. 1. HÆMORRH. PASSIVA.

*a)* — *a motu fortiori:* a) ab equitatione, &c. b) *a geſtatione ponderum;* Melæn. Hæmorrh. S. ſp. 4. Hepatirrh. a Vuln. S. ſp. 3.

*b)* — *ab irritatione ani:* a) ex applicatione Hirud. b) a Clyſmatum acrimonia ſive violenta applicatione; c) a ſcybalis induratis; conf. Diſſ. D. D. Balk, Præſide Roſenſtein.

*c)* — *ab Affectibus:* Hoffm.

*d)* — *Diætetica*: ex abuſu ſpirituoſorum, Coffeæ, Aromatum, Aloëticorum &c.

*e)* — *a ſeſſione* ſuper placentas tabaci: Ramazz.

*f)* — *ab exania*; Sauv. ſp. 4. —

*Cura:* removendo vel temperando cauſſas, & moderando fluxum, antiphlogiſticis & ſubadſtringentibus, abſolvitur.

Sp. 2. HÆMORRH. PLETHORICA.

*a)* — *Catamenialis* Hipp. per diapedeſin a

ſuppreſſa evacuatione ſanguinis: a) Epiſtaxeos, b) lochiorum; c) menſium; d) ex intermiſſa V. Sect. &c. — Moderat. S. ſp. 1.

*b*) — *a plethora partiali:* a) hæreditaria Adoleſcentium, Balk; b) ſedentariorum c) Gravidarum &c.

*c*) — *Plethorico-pituitoſa*, cum ſpaſtica viſcerum moleſtia: — Hypocondriacorum Balk, & Atrabilaria Cholericorum. Hepatirrh. cruenta, Sauv. ſp. 6.

*d*) — *Immodica* cum acrim. hum. S. ſp. 2.

*Cura* Plethora, phlogoſis & ſpaſtici motus modificanda V. Sect. temporibus æquinoctialibus in brachio, & uſu Elect. Antihæmorrh. Ph. Paup. vel Pulpa Tamarindorum & Rob Sambuci cum Rheo & Flor. Sulphuris; menſa ſimul ſtrictiſſima, frugali & exercitiis temperatis corpus etiam roborandum, ſi hoc malum alias neceſſarium factum præcavere vis. Sanguineo-phlegmaticis Decoctum Avenæ l. Infuſum frigidum Millefolii & Urticæ etiam utile; nec non Cremor hordei cum Rad. Cichorei Cacochymicis.

Sp. 3. Hæmorrh. Complicata vel Symptom.

*a*) — *Acutarum* vel Acuta: *Febris Hæmorrhoid.* Vog. G. 75. a) critica, b) Levatoria, Arthriticorum & Podagricorum &c. Melæn. febric. S. ſp. 6. Hepatirrh. interm. S. ſp. 7. c) Symptomatica, Colicæ &c.

*b*) — *Chronicorum* vel Chronica: *Fluxus Splenicus* ſ. *Morbus Niger* Hoffm. *Atrabilaria*

*Melæ-*

*Melæna* Sag. Melæna ſplen. — Scorbut. — Atrab. S. ſp. 1. 2. 3. Hepatirrh. ſcorb. S. ſp. 5. — cruenta, S. ſp. 6.

*c*) — *Suppreſſa* vel irregularis:

*Cura*: Aquæ mineraliſatæ & quæ morbo primario competunt; & Amara cum ſpiritu Mindereri extra paroxyſmos. Suppreſſam Pipera alba N:o vj. ad ix. hora ſomni repetita, revocant. Unzer.

Obſ. *Hæmorrh. Spuria*, Cœca dicta; cfr. Proctalg. Claſſ. II. *Fluxus Hepat.* ſ. *Hepatirrhœa* Sauv. conf. Dyſenteriam Ord. III. & Pituitariam Cl. VIII.

Gen. 78. HÆMATURIA Sauv. Linn. Sag. *mictus cruentus* Syd. Junck. Hoffm.

Blod-pinkning.

Sanguinis per vias lotii ejectio.

A) — Renalis: *Hæmaturia* Vog. G. 92. ubi ſanguis, urinæ exquiſite permixtus, perfunditur.

Spec. 1. Hæmatur. Passiva, ſ. violenta Junck.

*a*) — *violenta Mechanica*: a) a lapſu, Contuſione vel Ictu; b) ex oneribus gravioribus, vel motu fortiori, Equitatione &c. c) ex amputatione membri; d) Infantum a faſciis Bœrh. Hæmat. Viol. S. ſp. 2. — Traumat. S. ſp. 14.

*b*) — *Medica*: a) a diuretico, purganteve acriori & emmenagogis; Cantharid. Allio, Aſparag. Ol. Thereb. &c. — Viol. S. ſp. 2. b. b) a Croco & Opio vias relaxantibus.

*c*) — *Diæ-*

*c*) — *Diætetica:* ex abuſu ſpirituoſorum Vogel.

*d*) — *Calculoſa:* Sauv. ſp. 5.

*e*) — *a verme?* Hæmat. Sauv. ſp. 15.

*f*) — *transfuſione:* Sauv. ſp. 13.

*g*) — *Spuria deceptiva:* ex opuntia, Rubis Ideis, Rheo, Curcuma &c. Hæm. decept. S. ſp. 3. b) febrium S. ſp. 10.

*Cura:* Cauſſas morbi quantum fieri poteſt avertere debes; effectumque eorum auferre Antiphlogiſticis & Lacticiniis.

Sp. 2. Hæmat. Plethorica.

*a*) — *a plethora* ſine prægreſſo dolore renum: — ſpont. Sauv. ſp. 1. ex omiſſa V. Sect. Hoffm.

*b*) — *Catamenialis*, a ſuppreſſa ſanguinea evacuatione, cum dolore inteſtinorum: — Catam. Sauv. ſp. 12. conf. Diſſ. D. D. Kåhler, Præſid. Roſenſtein.

*Cura:* Antiphlogiſtica, Laxantia & Julap. acidulata &c. poſt uſum V. Sect.

Sp. 3. Hæmat. Complicata vel Symptom.

*a*) — *Febrium:* a) critica? b) Symptom. Varioloſa &c. S. ſp. 6. c) colliquativa, Dyſenteriæ &c. — nigra, S. ſp. 11. b. d) ſpuria intermitt. &c. — S. ſp. 10. conf. Sp. 1.

*b*) — *a morbis Renum:* a) ab inflammatione b) ruptura abſceſſus, c) ulcere. Hæm. Purul. S. ſp. 4. Nephralg. Monſtr. S. ſp. 11.

*c*) — *a materia repulſa vel retrogreſſa:* a) a Sca-

a Scabie retropulſa; — nigra S. ſp. 11. c. b) ab intertrigine repulſa; Eph. Nat. Cur. Cent. V. obſ. 60. c) a materia Arthritica; d) a conſolidatione ulcerum. e) a Vomitu, Vog. f) critica Chronicorum, Lienoſa, Anaſarcæ — Nigra. Sauv. ſp. 11. a. d.

*Cura:* Morbi primarii, cum ſpiritu Antiſcorb. Drav. &c.

B) — Vesicalis *Cyſtirrhagia* Vog. G. 93. mictio cruenta, ſæpius ſimul dolorifica, e veſica, cum trombis polypoſis.

*a*) — *Hæmorrhoidalis: Hæmorrh. Veſicæ,* Hoffm. Junck. Hæmat. Hæmorrh. S. ſp. 9. b.

*b*) — *Paſſiva:* a) a Calculo veſicæ, b) lapſu &c. conf. Spec. 1.

*c*) — *Complicata:* Iſchuriæ &c. cfr. Sp. 3.

*Cura:* antecedentium ſpecierum una cum Clyſmatum & Cucurbitarum vel Hirudinum circa anum applicatione.

C) — Urethræ: *Stymatoſis* Vogelii & Seedorffii. Hæmorrhagia penis, ſtillatim ſine urina, nulloque voluntatis arbitrio effluens. — ſtillatitia Sauv. ſp. 8.

*a*) — *Hæmorrhoidalis* a vaſis ſanguiferis varicoſis Urethræ, Juncker; Hæmat. Hæmorrh. Sauv. ſp. 9. c.

*b*) — *violenta:* a mala Catheteris applicatione &c.

*c*) — *a Venere:* — ejaculat. S. ſp. 7.

*d*) — *Gonorrhoica:*

*e*) — ex

*e*) — *ex ulcere glandis:*

*f*) — *Hæreditaria:*

*g*) — *Critica* Icteriçorum:

*Cura*: Injectiones epuloticæ & Cataplaſmata adſtringentia &c. conf. Vog. Præl.

Gen. 79. MENORRHAGIA Sauv. Linn. Vog. G. 96. Cullen. *Fluxus Menſium* nimius Senn. *Metrorrhagia* Sagar. Störtning. Hæmorrhagia præternaturalis vaginæ vel Uteri.

A) Gravidarum profluvium, ſæpius cum fœtu immaturo ſubſequente. *Abortus* Sauv. Vog. G. 97. Mißfall.

Spec. 1. Memorrh. Passiva.

*a*) — *Nuptialis*, a veneris abuſu:

*b*) — *Accidentalis:* a niſu, ſternutatione, tuſſi, motu vehementiori in rheda &c. vel ſaltatione, ponderum elevatione, veſtibus arctioribus.

*c*) — *Traumatica:* a lapſu, contuſione, calcitratione &c.

*d*) — *Spaſtica:* ab alteratione, ira & terrore.

*e*) — *Diætetica:* ex aromaticis, compotationibus, vita ſedentaria, potu Theiformi &c. b) a *S*tophis, Bœrh.

*f*) — *Medica:* ex draſticis, venenoſis, Mercurialibus vel abortivis remediis.

*Cura:* Epithemata ex aceto vel vinis acidis

cidis externe, & Antiphlogiſtica cum Antiſpaſmodicis interne.

Sp. 2. Menorrh. Habitualis.

*a*) — *a plethorica laxitate corporis:* a) ſubtrimeſtris; b) ſubſemeſtris; c) octimeſtris Abortus Sauv. ſp. 1. a. b. c. Menorrh. Grav. Sauv. ſp. 6.

*b*) — *a laxitate uteri* Abort. S. ſp. 2.

*c*) — *a placenta* ante partum ſecedente vel uteri orificio accreta, vel a ruptura vaſorum umbilicalium; la Motte obſ. 207.

*Cura*: tum curative tum præſervative repetere ſanguinis miſſionem ex venis brachii, atque ſubadſtringentibus Antiphlogiſticis e. g. Cremore Tartari Chalybeato vel Chinato laxa roborare. Quæ v. Menorrhagiæ nulla arte compeſci poſſunt, artis Obſtetriciæ auxilia poſtulant.

Sp. 3. Menorrh. Complicata ſ. Symptom.

*a*) — *Morborum Acutorum:* Febrium, Colicarum, Diarrhœarum, & Dyſenteriarum, nec non ſpaſmorum, ut etiam obſtructionum.

*b*) — *Morborum Chronicorum:* ſcorbuticorum, Hydropicorum, — Hyſteroptoſica, S. ſp. 5. Siphiliticorum, ex Mariſcis uteri, — decolor. S. ſp. 7. Carcinomatoſa vel Ulceroſ. S. ſp. 9. a Polypis, Hydatid. &c.

*c*) — *a Mola*:

*Cura* morbi primarii. Quid Muſcus Islandicus in Menorrh. Molari efficiat, ulterius expe-

experiendum, conf. Obſerv. Clar. D. D. & Prof. Spœringii in Act. Holm. A:o 1743. Molas majores & inveteratas intactas relinquas, vel Acidis Miner. & Pulv. Lindani levamen illis adferas, uti etiam Tinct. Traumat. & Opiatis, Menorrh. Carcinomatoſis.

B) PARTURIENTIUM c. fœtu maturo vel mola. Afſlag. Efter-flöd.

*a*) — *a partu laborioſo:*

*b*) — *a retentione ſecundinarum* &c.

*c*) — *Lochialis*: legitima & levatoria poſt partum.

*Cura* erit: Poſt evacuationem uteri anodynis ſpaſmos avertere; Elixiriis Proprietatis vel Laxant. Aloëticis neceſſarios fluxus ſuſtinere, atque Chinatis vel *S*piritu Antiſc. Drav. c. Eſſ. Caſcarillæ & Elix. paregorico ſaturato nimios modificare.

C) INGRAVIDARUM: Blodgång.

*a*) — *Inpuberum puellarum:*

*b*) — *Immodica* menſtruantium, Menorrh. ſtillic. S. ſp. 2., — immod. S. ſp. 3.

*c*) — *Vetularum*, quibus menſtrua naturaliter ceſſaverint.

*d*) — *a Mola*, Carcinomate &c. cfr. *S*p. 3.

*Cura:* plethoram, orgaſmum febrilem & ſpaſmos more antecedenti moderes, & violentiores fluxus c. Balſamo adſtringente Ph. Paup. Edinb. vel ſero lactis Aluminoſo &c. interne, nec non externe c. ſpongiis, in ſpiritu

ritu vini calente & tantillo Ol. Therebinth. imbutis & Cucurbitulis ſine ferro ad mammas & dorſum appoſitis, ſiſtas. Nobil. D. D. & Med. Reg. Dahlberg c. Ipecacuanhæ tertia parte grani, quovis bihorio vel trihorio data, ſe Menorrhagias feliciter ſuppreſſiſſe, in Act. Holm. 1770. docet; & Digniſſ. D. D. Tralle ſe, c. *Pulvere Lindani* ex Coralliorum præp. Succini præp. Boli Armenæ, Sangu. Drac. ana Dr. ij, Sem. Plantag. Dr. j, Croci Martis ſcrupulo, ter in die ad Drachmam pro doſi adhibito, innumeras Mulieres reſtituiſſe in libro de Opio aſſerit. Extra paroxyſmum V. Sectio præſervatoria Brachii, Decoctum Pomorum immat. Aurantiorum, Chinata, Globuli Martiales, & Aquæ Spadanæ plurimum efficiunt.

Gen. 80. HÆMATHIDROS; *Hæmatopedeſis*, Vog. G. 95. Blod-ſwett.
Sudor ſanguineus.

Spec. 1. HÆMATH. PASSIVA.

*a*) — *a motu vehementiori*, loturæ carnis ſimillima:

*b*) — *ex uſu Arnicæ;* Tulp.

*Cura:* Acida vitrioliſata ſufficienter aqua & Saccharinis temperata; nec non Chinata.

Sp. 2. HÆMATH. COMPLICATA ſ. Symptomat.

*a*) — *Febrium malignarum:* Hodges. Eph. Hæmathydr. Sauv. ſp. 10.

*b*) — *Scorbuticorum* & Hecticorum: Ephidr. cruenta, *S.* ſp. 16. a) rubra, b) nigra, Ol. Borrich. in Act. Hafn.

*Cura:* Antecedentis & morbi primarii.

Gen. 81. HÆMATOCHYSIS. *Hæmorrhagia* Vog. G. 81. *Profuſio* Linn. Sår-blödning. Fluxus ſanguineus Vulnerum, Medicinalis vel Morboſus.

A) Capitis; B) Colli; C) Pectoris; D) Abdominis; E) Artuum.

Spec. 1. Hæmatoch. Passiva.

*a*) — *Chirurgica & Medicinalis:* a) Phlebotomiæ; b) Arteriotomiæ; c) Scarificationis; d) Blepharoxyſeos; e) Cucurbitarum; f) Hirudinis; g) membri Amputati; h) poſt evulſionem dentis, conf. Hæmoptoën.

*b*) — *Sanguineo-Lymphatica:* a) Brachialis, poſt V. Sect. Hall. Elem. Phyſ. T. I. p. 169 b) ingvinalis poſt diſſectionem Bubonis; Ruyſch obſ. Anat. Chir. 41.

*c*) — *Violenta Traumatica:* a) Vulnerum; b) Ictuum, intercoſtalium, omenti &c., Act. Petrop. T. I. &c. conf. vuln. Cl. VIII.

*Cura:* Boletus Quercinus & Igniarius, Lycoperd. boviſta, ſtyptica, ligaturæ, compreſſæ &c. uti etiam Fungus melitenſis aliaque interna vitrioliſata Hæmorrh. ſiſtunt.

Sp. 2. Hæmatoch. Idiopathica, a cauſſis internis, profuſionem vulnerum referens.

*a*) — *O-*

*a*) — *Oculi: Ophtalmorrhagia* Vog. G. 88. *Lacrymæ ſanguineæ* Senn. Epiph. ſangv. S. ſp. 10. Menorrh. erron. ex oculis, S. ſp. 4.

*b*) — *Auris: Otorrhœa* Vog. G. 87. a) Critica poſt dolorem capitis, Sagar; b) a ſuppreſſa evac. ſangv. Otorrh. Menſtr. S. ſp. 3. Menorrh. err. auris Sauv. ſp. 4.

*c*) — *Temporalis;* Jugularium; ex Labio.

*d*) — *ex Mammarum papillis:* Donati &c. *Maſtorrhagia.* Ex Umbilico, Ruyſch.

*e*) — *ex Ileis:* Ingvine, poplite, Tibia, Pedibus, Digitis &c. Menorrh. erron. Sauv. ſp. 4. cfr. Comment. Halleri in Inſtit. Bœrh. Tom. V. P. II. pag. 88. & ſeq.

*Cura:* Antecedentis & morbi primarii.

Sp. 3. Hæmatoch. Universalis, ex pluribus emiſſariis corporis ſimul.

*a*) — *Paſſiva:* a ex ictu Colubri Hæmorrhoi ſ. — Ceraſtis Linnæi, Haſſelqv. Act. Upſ.; ſtomac. S. ſp. 3. b) a ſalivatione, c) a ſuſpicato veneno, — Univerſ. S. ſp. 2.

*b*) — *Idiopathica:* — univ. S. ſp. 2. b.

*c*) — *Symptomatica*, Scorbuticorum:

*Cura:* Chinatis atque potiunculis vitrioliſatis tentanda.

## ORDO II.

CATARRHEUMATA Langii, ſive *Catarrhi; Seriſluxus* Sauv. *Apocenoſes* Vog.

Slem-flöder.

Defluxiones acres, ſeroſæ vel mucoſæ, ex oculis, faucibus & pectore ac genitalibus &c. ſat ſæpe cum corporis gravativa laſſitudine, dolore atque pyrexia Amphimerinæ; extricata materies exquiſiti Catarrhi, quæ primo aquea & acris obvenit, poſtmodum flaveſcit, craſſior evadit, acredinem amittit & morbum ſolvit; nihilo tamen minus, ſæpius recidivans, Tabes Maraſmorum etiam procurat.

Gen. 82. EPIPHORA Sauv. Linn. Vog. G. 99. *Dilacrymatio* Plinii, *Lippitudo* Ettmyll.
Tår-öga, Rinnande-ögon.
Oculus illacrymans.

Spec. 1. Epiph. Passiva.

*a*) — *Diætetica* & Catarrhalis: helluonum; a frigore & ventis; diæta ſalſa, Fennonum a fumo Hypocauſtorum; Literatorum, Senum &c. Ep. frigida, Sauv. ſp. 8.

*b*) — *a pathemate*, mœrore &c. Infantum, Hyſtericarum, Apoplecticorum.

*c*) — *a ciliorum irritatione:* aliisq heterogeneis

*Cura:* Cauſſam primariam dimove, & ablue oculos quotidie aqua fœnic. cujus Unc. IV. gr. ij. Camphoræ gr. iij. *S*alis Tartari & Unc. ß. vel Dr. vj. aquæ Hung. addidiſti.

*S*p. 2. Epiph. Complicata ſive *S*ymptomat.

*a*) — *Acutorum:* a) febrium ſimpl. *S*auv. ſp. 1 b. b) Exanthematicorum, morbilloſa, varioloſa &c. *S*. ſp. 4. c) Catarrhi; d) Ophtalmi-

talmiarum & Blepharotidis, Epiph. Opht. — Calid. — Lact. — Sebac. *S.* ſp. 3. 9. 11. 13.

*b)* — *Chronicorum:* Ægilopica; Anchylopica, Fiſt. Lacrym. & Rhyadis, a carunculæ lacrym. jactura *Sauv.* ſp. 2. 5. 7. a Trichiaſi; Anchyloblepharotica a punctorum lacrymalium coalitione, *Dacryoma* Vog. G. 506. & Ectropica *Sauv.* ſp. 6.

*c)* — *Metaſtatica:* a) a conſolidatione ulcerum vel Fonticulorum, Gorter; b) *Siphilitica;* c) Arthritica & Podagricorum *S.* ſp. 12. d) a ſcabie; Act. Holm. e) Lactea, Galactirrh. erron. *Sauv.* ſp. 2. c.

*Cura:* morbi primarii, intereaque acrimonia detergenda eſt Lacte Crocato.

Gen. 83. CORYZA *Sauv.* Linn. Vog. G. 100. *Gravedo*, *Rheuma*, vel *Catarrhus ad nares;* Snufwa.
Acris, aquoſa narium deſtillatio, non nunquam c. Carebaria & voce naſali.

*Spec.* 1. Coryz. Passiva c. pruritu & ſternutatione; *Coryza* Junck.

*a)* — *Medica:* ex uſu pulveris Tabaci vel ſternutatoriorum: Aſaro, Maro, Majorana &c.

*b)* — *Diætetica:* a) otioſi, ſomnolenti & lautæ diætæ deditorum; b) a Muccinio calefacto, nec non a muccinio Goſſypii; c) a viciſſitudine aëris, d) incauta Capitis calentis vel pedum refrigeratione &c. Cor. Catarrh. *S.* ſp. 1.

*Cura*: Eccoproticis, *S*ambucinis & Antimonialibus ad inferiora derivandus affluxus; Nares v. c. Lacte fœniculato vel croceato fovendæ, poſteaque ſucco Betæ rubræ irrigandæ & ultimum c. Balſamo Majali illiniendæ.

*S*p. 2. CORYZ. *S*PONTANEA.

*a*) — *Phlegmatorrhagia*: profluvium humoris limpidi, ſine ſatellitio Catarrhi, velut ſanguinis e Naribus fluentis. Cor. phlegmat. *S*auv. ſp. 2.

*b*) — *Gravedo*, cum Carebaria ſ. Cephal. Rheumat. aſſociata: *Gravedo*, Vog. G. 126. Hemicr. Cor. *S*. ſp. 4. Hufwud=bråta.

*c*) — *Sicca*, Chronica & habitualis:

*Cura*: præcedentis ſpeciei; chronica fonticulis opus habet.

*S*p. 3. CORYZ. COMPLICATA vel *S*ymptomat.

*a*) — *Febrium*: a) ſimplicium; *S*. ſp. 6. b) Exanthemat. Rubeoloſa, varioloſa, &c. *S*. ſp. 4.

*b*) — *Metaſtatica*: Podagricorum Rheumatiſmorum, Catarrhi &c. conf. Genus ſeq.

*c*) — *Chronicorum*: Ozenæ &c. *S*. ſp. 3. b) ab Ulcere *S*inuum *S*. ſp. 5.

*Cura*: Antecedentis & quæ morbo antecedenti vel ſubſequenti conveniunt.

Gen. 84. CATARRHUS *S*auv. Vog. G. 98. Cull. *Rhume* Tiſſ. Catarrhe, Bröſt=fluß.

Deflu-

Defluxio acris, ſeroſa vel mucoſa ad fauces colliqne vicinia, c. raucitate ſæpiusque c. Amphimerina aſſociata.

*Sp.* 1. Catarrh. Febrilis: eſt obſtructio cutanea tranſpirantium, c. nonnullorum dierum horrore & ſubſequente Amphimerina, cervicem, oculos, nares & fauces ſimul, nec non pectus, levi intumeſcentia, & acri ſeroſa vel viſcoſa fluxione moleſtans, usque quo defluvium coctum & mobile factum per expectorationem aliaque emunctoria excretum ſit. *Amphim Catarrh.* Hoffm. *Febr. Catarrhalis* Vog. G. 73. Fluß=feber.

*a*) — *Sporadicus*: benignus ab erroribus in Diæteticis, cum artuum languore veluti a ſpaſmate, nec non c Carebaria, Tuſſi humida & Spondylalgia cervicali. *Febris Catarrh. benigna* Junck. T. 68. Amph. Catarrh. *S.* ſp. 2. Quotid. Catarrh. *S.* ſp. 9. Ang. Catarrh *S.* ſp. 11.? Catarrh. ben. *S.* ſp. 1. Cephal. Catarrh. Sauv. ſp. 10. b.

*b*) — *Endemicus*: gravior & popularis, a generali aëris vitio: a) Vernalis, b) æſtivalis &c. Catarrh Epid. — Bellinſ. *S.* ſp. 3. & 4. Rheuma Epid. *S.* ſp. 2. *Syn.* Catarrh. *S.* ſp. 5. Huxh. T. II. p. 286. Heberden Medical transact. Vol. I. N. XVIII. Whytt Lond. obſ. Med. Vol. II. Art. 13. &c. conf. Cullen. de Catarrho a contagio p. 305.

*c*) — *Petechitzans*: *Febr. Catarrh. maligna Petech.* Germanorum. Junck. T. 72. ſæ-

pius anginoſa & aphtoſa, c. doloribus gravioribus dorſi & artuum atque Petechiis. Amphim. Angin. *S.* ſp. 12. Cynanche maligna? *S.* ſp. 3. Roſenſtein in Act. Holm. 1744.

*d)* — *Peripneum. notha*: cum laborioſa reſpiratione & vehementiori tuſſi, ex pituita lenta ventrali, a prægreſſa æſtate ſoluta, atque in Cellulis pulmonum iterum congeſta, ſenes debiliores obeſioresque inprimis invadens. Bœrh. Aph. §. 867. *S*ydenh. Huxh. &c. Peripn. Catarrh. Sauv. ſp. 6. Rheuma Epid. Sauv. ſp. 2. b.

*e)* — *Suffocativus*: bene valentes & ſenes præcipue ſubito obruens, cum ſtertoroſa aut ſibiloſa reſpiratione. Conf. Aſthma ſuffocativum.

*f)* — *Complicatus* ſ. Symptomaticus. a) Varioloſus, Eryſipel. ſ. Rubeoloſ. Cat. S. 5. b) Pleuriticus, Peripneum. Cynanchis; Synoch. Pleurit. S. ſp. 5. Pleurit. Cat. S. ſp. 12. c) Phthiſicorum &c. d) Metaſtaticus, Arthriticorum &c. e) ſalutaris, Hæmorrhoidum vices in nonnullis ſupplens.

*Cura*: Pectoralia c. Antiphlogiſticis & laxantibus, ad ſtatum Epidemiæ accommodatis, ſuffulta requirit. V. Sectio & Cucurbitulæ ſcarificatæ pro re nata adhibendæ; Elect. Lenit. c. Manna, Rad. Iridis flor. & Cryſtallis Tartari, primis tribus auroris, immo in acutioribus & ſuffocationem minitantibus laxans c. ſulphure Aurato Antim. plene acutum ſumendum; Pulvis pectoralis n. c. G. Tragag. R. Iridis & Antim. Diaph. interdiu, &

veſpe-

veſpere Ol. Amygdal. d. vel Lini c. ſyr. de Hyſſopo Comp. & Croci, vel Oleum c. ſyr. Balſam. & Extract. Myrrhæ, unum quodque c. Apozemate Fœniculato vel Aniſato & Sambucino propinandum. Clyſmata nitro & pulvere Tabaci acuta, & Sinapiſmi ſuris applicati, materiam ad inferiora derivant; Chinata & hauſtus Volat. Huxh. vires exhauſtas refocillant.

Sp. 2. Catarrh. Branchus, ad fauces gutturis vel laryngis, ſine tuſſi Anginam referens. *Branchus* Græcorum, Junck.

Hals-fluß.

*a*) — *Naſalis:* nares poſticas ſuccingens c. odore ſingulari cupri &c. ang. Naſal. Sauv. ſp. 11.

*b*) — *Pituitoſus faucium:* ang. bronch. Sauv. ſp. 1.

*c*) — *Laryngis*, Weitbr. act. Petrop. T. XIV.

*Cura:* Alvum Laxante Digeſtivo ex Jalappa, R. Ari & Sale quodam ſæpius movere convenit, nec non fauces c. Gargariſmate ex aqua Calcis, ſpir. ardente, Tinct. Myrrh. & Aloës, ſale Ammon. & melle Roſarum mane & veſperi mundificare ac roborare.

Sp. 3. Catarrh. Rheuma: aliquantiſper dolorifica muci congeſtio ad aſperam & Bronchias, c. raucedine & tuſſi Rheumatica. *Rheuma* Sauv. Bröſt-wärck.

*a*) — *ſiccior*, per noctem moleſtans; Tuſſis Rheumat. Sauv. ſp. 18.

 *b*) — *hu-*

*b*) — *humidior:* matutinus, Rheum. Catarrh. Sauv. ſp. 1.

*c*) — *Glandularis*, ſæpius recidivans:

*d*) — *Chronicus*, Arthriticorum & ſenum &c.

*Cura:* Peripneumoniæ Rheumaticæ, Cremores hordei & avenæ nec non Chocolata, Lac & vitelli ovorum rec. atque infuſ. calid. florum Sambuci Expectorationem ſuſtentant. Largiorem ſequens Elect. moderabit. Rec. Amygd. dulc. exc. Mellis ſinc. albi ana Unc. j Balſ. de Tolu Dr. ß. optime tritis adde Conſ. Roſarum r. & Cerefolii vel Menth. & Pulv. ſubtiliſſ. Chinch. ana Unc. j. aquæ Cinamom. vin. q. ſ. ut f. Elect. quo Cochlear minus quater capiat quotidie. Eſſentia Antiſcorb. Drav. c. Eſſent. Caſcar. & Elixirio Pareg. nimis phlogiſticam colliquantem; & præter Oleoſa Elixir. Pareg. nimis aſperam ac noctibus gravantem etiam mitigabunt.

Sp. 4. CATARRH. CELLULARUM PULMONALIUM, c. Tuſſ. Catarrhali: *Anacatharſis* Sauv. *Expectoratio* Linn. Bröſt-fluß, harkling.

*a*) — *Humidus & pituitoſus* phlegmaticorum: Tuſſ. Catarrh. Sauv. ſp. 1.

*b*) — *Bilioſus:* Anacath. Sauv. ſp. 1.

*c*) — *Complicatus* & *ſympt.* a) Exanthematicorum, Varioloſus, Rubeoloſ. &c. conf. ſp. 1. b) Aſthmaticorum, Hydropicorum, Phthiſicorum &c. Anacat. S. ſp. 2. 3. 4. 5.

*Cura:* morbi primarii una cum antecedenti-

dentium; neque ineſſicax Eleoſacch. Myrrhæ c. Flor. Sulph. & Rad. Ari mixtum inventurus eris. Permagni intereſt Catarrhoſis, mundítiem & puritatem aëris obſervare, huncque temperatum & cum Balſamicis perfumatum atque vireſcentium herbarum odoramentis ſimul non minus hyemali quam æſtivo tempore quotidie renovatum reſpirare.

Gen. 85. PTYALISMUS Hipp. Sauv. Linn. *Salivatio* aliorum. Drågling.

Salivalis laticis mucive crebra exſpuitio, emiſſio vel exſcreatio.

Spec. 1. Ptyal. Passivus.

*a*) — *Medicinalis:* a) a Sialagogis, Tabaco, Pyretro &c. b) Mercurialis, Sauv. ſp. 5. c) ex uſu aquarum mineralium, d) a depresſione maxillæ inf. D.D. Bierck. in oratione p. 68.

*b*) — *Diæteticus:* a) a memoria rei abominabilis, fructuum acidorum &c. b) a mala deſvetudine; c) dormientium a mandibulæ relaxatione &c. S. ſp. 4. d) a putridis nauſeoſ. S. ſp. 1. e) a Vermibus.

*c*) — *Gravidarum*, Sauv. ſp. 4.

*d*) — *a calculo ductus ſalivalis*, S. ſp. 17.

*e*) — *violentus:* a) a luxatione maxillæ, b) vulneribus linguæ &c.

*Cura:* Remotis cauſſis occaſionalibus alviductione & Balneis abſolvitur.

Sp. 2. Ptyal. Spontaneus.

*a*) — *Ju-*

*a*) — *Juvenum*: ad Phthiſin diſpoſitorum; Sauv. ſp. 10.

*b*) — *macrorum* ad melancholiam diſpoſ. Sauv. ſp. 8.

*c*) — *ad ſcorbutum pronor.* — ſcorb. S. ſp. 7.

*d*) — *viſcoſus* ſ. *pituitoſus*: Cacochymicorum, ſcreatu expulſus. *Raſcatio* Arabum *ſcreatus* Linn. Racfling.

*Cura*: Acrimonia pituitæ corrigenda eſt.

Sp. Ptyal.-Complicatus vel Symptomat.

*a*) — *Metaſtaticus*: a) Colicæ Lapp. Pt. Lappon. S. ſp. 3. — a Pyroſi S. ſp. 2. b) Iſchuriæ urinoſ. S. ſp. 20. c) Arthriticorum S. ſp. 9. d) a repulſione Rheumatiſmi, Gorter. e) ex obſtruct. viſcerum, Pancreat. &c. f) Hyſtericarum Sydenh. p. 264. g) a lactis repulſione Galact. erron. S. ſp. 2. Puzos.

*b*) — *Criticus*: a) Febrium acutarum? S. ſp. 18. b) varioloſus, S. ſp. 6. c) Catarrhalis, S. ſp. 15. d) Ictericorum S. ſp. 11.

*c*) — *Symptomaticus*: a) a dentitione, b) Apoplecticorum & Paralyt. Sauv. ſp. 4. b. c) Nomatoſus & Carcinomatoſus linguæ &c. d) Aphtoſus, S. ſp. 13. e) Syphiliticus, S. ſp. 19. f) Phthiſicus S. ſp. 10. b. g) a Carie Sauv. ſp. 12. & 16.

*Cura*: morbi primarii.

Gen. 86. GALACTIA Linn. Vog. G. 122.
*Galactirrhœa* Sauv. *Sparganoſis* Dioſc.
Miölk-flöd.

Lactis

Lactis abundantis ex mammis ſtillicidium.

Spec. 1. GALACT. PRÆTER NATURAM.

*a*) — *recens natorum* & virorum S. ſp. 3.

*b*) — *Suſpecta virginum:*

*Cura:* Laxantibus & Diureticis obtinetur.

Sp. 2. GALACT. SPARGANOSIS, ſ. polygala:

*a*) — *Gravidarum:*

*b*) — *Puerperarum:* — Mamm. S. ſp. 1.

*Cura:* Antecedentis c. Tonicis ſubminiſtranda.

Sp. 3. GALACT. MORBOSA COMPLICATA.

*a*) — *ſeroſa:* Sauv. ſp. 8.

*b*) — *Diverſicolora:* lutea, viridis, atra, viroſa, purulenta &c. S. ſp. 4. 5. 6. 7.

*Curatur* antecedentibus & bono Nutricis regimine.

Gen. 87. LEUCORRHOEA Sauv. Linn. Vog. G. 119. *Rheumatiſmus uteri* Gœlike; *Fluor albus* vel *uterinus;* Hwita-flußen. Nimium muci aut pituitoſi humoris, e muliebribus effluvium.

Spec. 1. LEUC. PASSIVA.

*a*) — *Nuptialis:*

*b*) — *Diætetica:* a) ex abuſu Theæ & Coffeæ c. Cremore lactis &c. Tierry. b) abuſu Balneorum &c. leucorrh. Amer. Indica, S. ſp. 5. b. c) ſcortorum.

*c*) — *Gra-*

*c*) — *Gravidarum*: a) abortientium, a ruptura involucri fœtus &c. S. ſp. 8. 9. b) a partu diſſicili vel manu obſtetricis S. ſp. 1. c) Lochialis puerperarum, *Lochiorrhœa* Sagar.

*Cura*: Rheum c. dimidia parte oſtrearum calcinat. ſcopo laxandi, & Tinct. Traumat. ſ. Balſam. commendat. c. aqua Cinamomi, conſolidandi inſervit. De cetero exercitatione corporis, potu frigido & Diæta cauta, laxitates & cruditates dimovendæ, nec non Balſamicis vagina ſuffumiganda eſt.

Sp. 2. Leucorrh. Virosa ſubito poſt coitum impurum, c. ardore Stranguriæ & fluore flaveſcente invadens:

*a*) — *recens*:

*b*) — *protracta*, c. ulcuſculis vulvæ, porris & Condyl. &c.

*c*) — *Inveterata* c. doloribus nocturnis, aliisque ſignis ſiphlitidis: Leuc. Syph. S. ſp. 3.

*Curatur*: a) interdum Tinctura antim. acri & ſuccini ana ad gr. xx. bis quotidie c. Cremore Hordei propinata, & Alternis diebus c. Carthartico Antiphlog. Nitrato: reliquæ Curam ſiphlitidis c. Hydrargyroſi, requirunt.

Sp. 3. Leuc. Catamenialis.

*a*) — *Menorrhagica* calidarum poſt menſes copioſiores debilitatarum: Leuc. innocens, Sagar.

*b*) — *Dyſmenorrhagica* frigidarum colluvie ventrali ſimul laborantium:

*c*) — *Ve-*

c) — *Vetularum:* a ceſſatione Menſ.

d) — *Lochialis*: conf. ſp. 1. *c.*

e) — *pertinax*: Leucophlegmatiam tabemque excitans.

*Cura*: Catharticis, Martialibus & Reſinoſis Diureticis, pituitam incidentibus, inſtituenda; ſubinde V. ſectio in brachio etiam neceſſaria fit. In pertinaci convenit infuſum frigidum de Fol. Urticæ & Conii, Flaved. Aurant. Raſ. Quaſſiæ & Aniſo ſtellato; & Pulvis Vitæ n. c. extract. Conii & fruſtulo G. Olibani; nec inutilis erit mixtura, ex aqua Menthæ & Cinam. vin. Eſſ. Caſcar. & Syr. Maſtich. cochleatim. c. gr. j vel ij Pulv. Ipecacuanhæ hauſta.

Sp. 4. Leucorrh. Complicata ſ. Symptomat.

a) — *Metaſtatica*: Lactea, Puzos.

b) — *Schirrhoſa* & carcinomatoſa, Sauv. ſp. 7. & 4.

c) — *Fungoſa*: Sauv. ſp. 2.

d) — *Hyſteroptoſeos:* Hæmorrhoid. Uteri &c. conf. ſterilit. Cl. VI.

*Cura*: morbi primarii & ſimul anteced.

Gen. 88. GONORRHOEA Sauv. Sagar &c.
Sädflöd.

Fluidi pituitoſo-viſcidi ex urethra ſtillicidium.

A) ſine Mictione.

Spec. 1.

Spec. 1. Gonorrh. Passiva.

*a*) — *Medica:* ex uſu Cantharidum &c.

*b*) — *Nuptialis:* G. pura Sauv. ſp. 1.

*c*) — *Scelerosa* ad *onaniſmum* Tiſſoti inſtimulans, nec non Anorexiam, Aſtheniam, Agrypniam, pallorem, flatulentiam, Hypocondriaſin, Satyriaſin, ſterilitatem, tabem dorſalem, Amauroſin &c. efficiens. Gonorrh. Libidin. & Manuſt. Sagar; Sauv. ſp. 2. 3. b.

*d*) — *Balani:* Sauv. ſp. 6.

*Cura:* a) Lac Camphoratum ſedat; *b*) v. Eupepta, roborantia, ac Venus rarior; & *d*) Balnea atque edulcorantia interne. *c*) Infuſ. Menthæ cr. c. Nitro, Cereviſiam tenuiſſimam, Lac ebutyratum, animalia Aceto l. Nitro & Sale condita, aliaque alimenta dyſpepta atque Olygochyla non Aromatiſata poſcit; ſimulque ut mentem ſeriis occupent, corpusque laboribus ſufficienter roborent. conf. Tiſſot. de Onania.

Sp. 2. Gonorrh. virosa, ardens & dolorifica a coitu impuro. Dröppel.

*a*) — *recens:*

*b*) — *protracta:* a) gland. Cowperi; b) Proſtatæ v. Swiet. T. V. p. 426. c) Veſicularum ſeminal.

*c*) — *ſpuria*, c. ulcuſculis Coronæ glandis; — Sauv. ſp. 5.

*d*) — *Leproſa:* Sauv. ſp. 7.

*Cura:* In Gonorrh. Vener. rec. detur Emulſio

mulſio comm. Lib. ij. c. ſol. G. Arab. Unc. ij. Nitri Dr. iij. & Mannæ Unc. j. quotidie, & tantillum Calomelis bis ſingulis hebdomadibus; Interdum etiam Laxante Antiphlogiſtico, & Tinct. Antim. acr. & ſuccini atque Balſam. Copaive abſolvi poteſt. Gonorrh. protracta vero & poſt inflamm. Laxantia, cum Balſ. Copaive Extr. Gvajaci, & Nitro requirit, antequam fluxum cum Martialibus &c. ſiſtere tentes.

Sp. 3. Gonorrh. Oneirogmos; *Exoneiroſis*, Vog. G. 120. *Polluſtio*. Gonorrh. oneir. Sauv. ſpec. 3. a.

*a*) — *Nocturna:*

*b*) — *Symptomatica:* a) Tabe dorſali laborantium, b) ſatyriaſis maniacorum. c) Epiplepticorum; Conf. Vog. Prælect.

*Cura:* Colloquia obſcena, merendas pleniores & vinoſas, atque reſupinatum ſomnium evita, & pollutioni frequentiori ſuccurre ſub lecti introitum cum Dr. ß. Cremoris Tartari & ſuper ingeſto aquæ Cyato.

B) — Sub Mingendo.

Sp. 4. Gonorrh. Vesicalis, cum urina intermixta mucoſa, vel c. filis quaſi verminoſis. *Chylaria* Vog. G. 117. *Catarrhus veſicæ* Lieut. *Glus* Linn. Slem=Piß.

*a*) — *Arthriticorum:* Pyur. Mucoſa, S. ſp. 6. — Arthr. cretacea S. ſp. 9. b) a calculo veſicæ.

*b*) — *a prægreſſa Gonorrh.* Pyur. Viſc. Sauv. ſp. 5.

*c*) — *Puerperarum:* a) viſcoſa; b) Lactea conſ. Diureſin.

*Cura:* morbi primarii.

Gen. 89. DIURESIS Vog. G. 114. Pink-flöd. Immodicum vel intempeſtivum urinæ profluvium, ſine dolore, nec Tabidum.

Spec. 1. DIUR. PASSIVA, immodica.

*a*) — *Medica:* a) ex uſu Diureticorum, b) nigra, a transfuſ. Pyur. S. ſp. 11.

*b*) — *Diætetica:* a) ex abuſu potulentorum & vini, Diab. Anglic. & a vino S. ſp. 2. 5. b) Autumnalis, & hiemalis a frigore, c) vireſcens ab eſu Teſtud. Pyur. S. ſp. 12.

*c*) — *Pathematica*, Diab. Hyſter. S. ſp. 3.

*d*) — *a ligatione lienis*, Diab. S. ſp. 4.

*Cura:* contra Anglicanam Aquas Vitriolicas ſvadet Jurinus; ſerum lactis aluminatum laudat Dover; Pathematica v. potius Paregorica requirit.

Spec. 2. DIUR. INTEMPESTIVA. *Stillicidium* ſive *Incontinentia* urinæ. *Enureſis* Sauv. Pink-gång.

*a*) — *Infantum*, Eneur. Sauv. ſp. 1.

*b*) — *Gravidarum:* Sauv. ſp. 4.

*c*) — *Senum:*

*d*) — *Symptomat.* a) febrium, b) Calculoſa, S. ſp. 7. c) Paralytica, S. ſp. 2. d) Ectopica ſ. Hernioſa S. ſp. 3. e) Fiſtuloſa: a cal-

culis veſicæ, Dyſtocia, Mariſcis ſuppuratis, Gonorrhœis virulentis, ictibus, vel operationibus Chirurgicis Lithotomicis, Fiſtulæ ani vel Puerperarum, Sauv. ſp. 5. 8. *Urorbœas* Vog. G. 548.

*Cura:* Sphincter veſicæ roboretur & ſimul tollantur reliquæ cauſſæ primariæ.

Sp. 3. Diures. Complicata ſ. Symptomat. immodicæ.

*a*) — *Febrilis:* Diab. febric. Sauv. ſp. 7.

*b*) — *Metaſtatica:* a) Lactea, Enur. a ſpargan. S. ſp. 9. Pyur. lactea & Chyl. S. ſp. 7. 8. b) Catamenialis Enur. S. ſp. 6. c) Arthritica Diab. S. ſp. 6. Dyſur. Diab. S. ſp. 17.

*c*) — *Scorbutica* & Tabida: conf. Diab. Cl. VIII.

*Cura:* Diaphoreticis Antiphlogiſticis, e. gr. ſpir. Antiſcorb. Drav. c. Paregoricis mixtis, optime inſtituitur.

Gen. 90. LEUCORRHOIS, Vog. G. 112. *Proctorrhœa* ſive *Proctoleucorrhœa* Sagar; *Hæmorrhoides mucoſæ* Junck. Hwita Ådren. Pituitæ ſinceræ interdum eruentæ ex alvo excretio (Teneſmodica).

Spec. 1. Leucorrh. Passiva.

*a*) — *a valentioribus catharticis*, Aloëticis vel Colocynt. &c. Proctalg. Diarrh. S. ſp. 9.

*b*) — *ab Aſcaridibus* conf. Proctalg.

*Cura: a*) Clyſmata c. Anodynis, *b*) v. Rhe-

um & Cinab. præp. ana Dr. ß. nec non Laxantia Salina requirunt. conſ. Medical transact. T. I. N. III. & IV.

Sp. 2. Leucorrh. Bilioso-sanguinea.

*a*) — *ſpontanea:* Teneſm. Sauv. ſp. 1. — Bilioſa Sagar.

*b*) — *a Moliminibus Hæmorrh.* Teneſm. S. ſp. 5. — Indiar. S. ſp. 3. 10. Diarrh. adip. S. ſp. 18. b. Proctalg. Braſil. S. ſp. 6. b.

*c*) — *Gravidarum:* Vog. Præl.

*Cura:* Decoctum Hordei cum Rad. Bard. & Cichorei, & veſperi Dr. ß. de pulvere ſequenti; Rec. Pulveris vitæ corr. Unc. ß. Specif. Antif. Crollii, Reg. Antim. Med ana Dr. j. Extr. Caſcar. Pulv. alter. Pl. ana Scr. j. m. f. P. Cura Proctalgiæ etiam tentari poteſt.

Sp. 3. Leucorrh. Complicata ſ. Symptom.

*a*)—*Dyſenterica*, Diarrhoica, Cœliaca, Lienterica; Teneſm. Dyſ. S. ſp. 8.

*b*) — *a Proptomate* ſ. Procidentia ani:

*c*)—*a Fiſtula ani*, Proctalg. Fiſtul. Sauv. ſpec. 3.

*d*) — *ab ulcere* inter rectum & veſicam, Teneſm. ulcer. & Carcinom. Sauv. ſp. 6. 7. Proctalg. Cancr. Sauv. ſp. 2.

*Cura:* morbi primarii. Confer Dyſent. ſeq. Ord.

Gen. 91. EPHIDROSIS Sauv. *Hydropedeſis* Vog. G. 121. *Sudor* Linn. Swett-ſiuka. Sudor immodicus exſanguineus.

Spec. 1.

Spec. 1. Ephidr. Passiva.

*a*) — *medicinalis:* a) a v. Sect. b) Medic. Antimon. Sternutat. Tuſſi, Hydrargyr. &c.

*b*) — *Diætetica:* a) a calore aëris l. balneorum vel veſtium, b) potu calido & cœnipetarum; c) — a labore & motu, vel curis & meditationibus nimiis; d) a pathemate, anxiet. & terrore, e) a ſaburra cruda vel putrida ventriculi, Ephidr. a ſaburra S. ſp. 18. f) a repulſione Lactis; Puzos.

*c*) — *Acida:* a) Lactantium; b) verminoſorum; Ephidr. acida S. ſp. 19.

*Cura:* Rhabarberina cum Cremore Tartari; infuſum frigidum Salviæ c. Flav. Aurant. &c. proſunt, modo exercitiis moderatis & Diæta ſimul emendetur.

Sp. 2. Ephidr. spontanea, ſine Febre.

*a*) — *infantum* a laxit. corporis, — ſpont. Sauv. ſp. 1.

*b*) — *partialis:* a) Facialis; b) pone aures, *Otoplatos* Vog. G. 102. Otorrh. ſeroſa S. ſp. 1. c) axillarium; d) ingvinum & Pudendorum; e) Mannum & pedum; f) Lateralis Eph. S. ſp. 8. Galactirrh. erron S. ſp. 2. d.

*c*) — *Colorata:* Lactea, Mellea, lutea, vinoſa, Cœrul. Viridis, nigra. S. ſp. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 17. — Cruenta, conf. Hæmatidr.

*Cura* Antecedentis: ſudores pedum manuumque innocenter temperari poſſunt pediluviis & linteis Pice liquida illinitis & applicatis.

Sp. 3. Ephidr. Febrilis: *Elodes* Vog. G. 21.

*a*) — *Sudor Anglicus:* a) Epidemice contagioſa Germaniæ 1528. b) Endemica Autumnalis Angliæ 1486. &c. Ephem. ſudat. S. ſp. 7. c) ſporadica Vog. Præl.

*b*) — *Critica:* a) diebus criticis b) per lyſin Intermitt. Ephidr. Febril. S. ſp. 3. a; 1:0) Acida Ephem. S. ſp. 19. 2:0) Arenoſa &c.

*c*) — *Symptomatica*, in principio febrium: *Diaphoretica* Torti; *Elodes* & *Typhodes* veterum; Miliaris ſudatoria; Hemitr. Verm. & *Sudor Picardicus* Boyer. Ephidr. Febr. — Febric. — Exanth. S. ſp. 3. b. 6. & 7.

*Cura:* Critica ſubminiſtranda ſero Lactis vinoſo, aliisque potiunculis refocillantibus; *a*) vero & *c*) — prævertenda & diſtringenda vinoſis & antiputredinoſis, Aceto edulcorato prophylactico, Infuſo vinoſo Chamom. Chinchinæ &c. conf. Vog. Præl. de Elode.

Sp. 4. Ephidr. Complicata vel Symptomat.

*a*) — *Arenoſa: Arthritica* &c. Eph. Sauv. ſpec. 20.

*b*) — *Scorbutica:* Ephidr. Sauv. ſp. 2.

*c*) — *Phthiſicorum* & Tabidorum &c. Eph. Hect. Sauv. ſp. 5.

*d*) — *Syncopalis* ſ. Syncopt. S. ſp. 4.

*e*) — *Morientium:*

*f*) — *repreſſa:*

*Cura* Antecedentis, c. lacticiniis & aqua ſelterana &c. ſuffulta: Repreſſa pedum cum

Cort.

Cort. intermedio Betulæ Albæ in tibialibus, ſub plantis pedum uſitato, reſtituitur.

Obſ. *Ephidr. odorata.* conf. Dyſodiam ſequentis Ord.

## ORDO III.

FLUXUS, *Alvifluxus* & *Aërifluxus* Sauv.

Buk-flöder.

Graveolentes corporis, inprimis v. ventris evacuationes, ſine Hectica Hemitritæi.

Gen. 92. VOMITUS; *Emeſia* vel *Emeſis* Græcorum. Upkaſtning.

Violenta contentorum in ventriculo per oſ rejectio.

Spec. 1. Vom. siccus flatulentus; momentanea vaporum eructatio, *Ructus* Linn. Vog. G. 215. Rapning.

*a)* — *Acidus*, interdum c. Soda aſſociatus: Flatulent. acida, & Infant. S. ſp. 5.

*b)* — *Nidoroſus*: ovorum putridorum odorem & ſaporem referens: Flat. nidor. S. ſp. 2.

*c)* — *mere flatulentus*, Hyſtericarum & Hypochondr. Flatul. Hypoch. & accid. Sauv. ſpec. 3. 4.

*d)* — *Chronicus*, c. diſtentionibus Colicis, Palpitat. Vertigine &c. Cholera ſicca Syd. S. ſp. 2. Hermanni Primitiæ Phyſ. Med. Poloniæ Vol. I. p. 75. &c.

 *Cura:*

*Cura:* poſt alvi ductionem ſale Glauberiano, Pulvere vitæ corr. Canella alba, aliisque Tonicis, debilitas Chylopojeticorum corrigenda eſt. *a*) diæta animalium, *b*) v. vegetabilium &c. temperantur.

Sp. 2. VOMIT. RUMINALIS, gratus ac jucundus. *Ruminatio*, Peyeri Merycol. Vog. Præl. §. 535.

*a*) — *Nativus:* in conſvetudinem redactus, Vom. rumin. S. ſp. 6. b.

*b*) — *a voracitate:* a) Juvenum, b) adultorum poſt lautiores dapes, Vom. rumin. Sauv. ſp. 6.

*c*) — *a vitio ventriculi* &c.

*Cura:* Alimenta ſatis maſticata in os reverſa ſubito deglutire, ruminationem Stomachicis ex Angelica, Calamo Ar. & Canella alba impedire, & ſero lactis copioſo alvum ſolvere debent.

Obſ. Eructatio digerendorum c. ardore faucium. *Soda* Linn. *Pyroſis* Sauv. &c. conf. Gaſtrod. Cl. II.

Sp. 3. VOM. NAUSEOSUS, ſ. vomituritio inanis, cum rejectione ſalivæ: *Nauſea* Sauv. Linn. Vog. G. 159. Ückel.

*a*) — *Paſſivus:* a) idioſyncraticus, ſ. individualis, quando a conſpectu hujus vel illius cibi potusve genere, vel a memoria rei abomin. vomitione ſe purgant. cfr. Diſſ. Nob. D. D. & Aſſ. Schultzenheim, Præſ. Roſenſtein.

ſtein. Sp. 3. b) a vectione; Nauſ. marina, S. ſp. 12. c) vermibus, Tænia &c. Sauv. ſp. 1. d) Nephriticus S. ſp. 7. e) Gravidarum S. ſp. 2. f) ab indigeſtis in putredinem abeunt. — ex Cacochyl. S. ſp. 11. g) jejunorum ex acrimonia bilis — bilioſa S. ſp. 6. h) a ſemine corrupto S. ſp. 8.

*b)* — *Complicatus*, ex Apoſt. cardiæ vel Renum & ſcirrho Pancreatis &c. S. ſp. 3. 5. & 9. &c. conf. Vomit. Complic.

*Cura:* a vectione & gravidarum, c Hauſtu ſalino & Paregoricis intus ſumto & Spiritu Maſtich. ſ. Roriſmar. ſ. Formic. extus ventriculo applicato levantur: ab Indigeſtis & vermibus amara & Emetica avertunt; alimenta v. jejunorum, & Purgans illum a corrupto ſemine.

Sp. 4. Vomit. Passivus.

*a)* — *Diæteticus:* a) lactantium, ex abuſu acidorum; ab ingluvie helluonum, vel cibo nimio & ſaburra, Sauv. ſp. 1. 2. 3. b) ab indigeſtibus plumis, ariſtis, crinibus, aciculis, uvis, nucleis &c. Sauv. ſp. 10. c) Famelicus, a corruptis vel putreſcentibus &c. Vog. Præl. Carthaginenſis cum furore, Vom. furibundus Sagar. Sauv. ſp. 14. d) a deglutitione præpoſtera. e) a vectione in rheda, jactatione navigantium, oſcillantium, curru vehentium &c. Sauv. ſp. 25.

*b)* — *Medicinalis:* a) ab irritatione gulæ, vel digito vel pluma; b) Draſticis vel emeticis variis.

*c*) — *a venenis:* Arſenico, Merc. ſubl. Ærug. &c. S. ſp. 7. b) a miaſmate exanth. Petechial. Variol. &c. c) a reſorpta Tinct. metall. & a pulv. Tabaci vulneri inſperſo Schultzenh. Sp. 17. *e*). *f*).

*d*) — *a concretis:* Abſorbentibus & Bezoard. Vom. Bezoard. S. ſp. 13. b) lapillis bilioſis &c. c) ~~calculis deglutitis~~ Vom. calculoſ. Sagar. ſp. 11. a.

*e*) — *ab animalculis & vermibus* Sauv. ſp. 5. Schultz. 21.

*f*) — *Traumaticus:* a) a fractura coſtæ octavæ & Cartil. Xiphoideæ; b) ex uſu thoracium, Snörlifwer, S. ſp. 22. c) a Vulnere Ventric. d) Diaphr. e) a conſolid. ulcerum, cfr. Sp. 8.

*Cura:* pro re nata potentiæ nocentes removendæ ſunt emeticis, antacidis, antalcalinis, Oleo l. lacte &c.

Sp. 5. Vom. Spontaneus Chronicus, debilioris ventris.

*a*) — *Matutinus*, Plethoricorum ad Hæmorrhoides diſpoſitorum.

*b*) — *Pituitoſus*, qui ſimul ab inertia bilis alitur: conf. Gaſtrod. Chron. pituit.

*c*) — *Cachecticorum*, Lienoſorum Quartanariorum &c. S. ſp. 9.

*d*) — *Sebaceus* Hypochondr. cfr. Schultz. ſpec. 4.

*e*) — *Atrabilarius*, Sauv. ſp. 15.

*Cura:* Laxantia digeſtiva ex Jalappæ Dr. j.

R. Ari

R. Ari Scr. j, & Tart. Tartar. vel Salis Abſ. Scr. ij. ad quartam part. tertio quovis die vel ſæpius, & infuſum Quaſſiæ diebus intercalaribus horis matutinis propinata, conveniunt; uti etiam Elixir Rhei c. infuſ. Tanaceti ſ. Extract. Turion. Pini, Trifol. aquat. Card. ben. vel Cent. min. & Liq. Terræ fol. Tartari Veſpertinis; porro Acidulæ noſtræ, Vina Chalyb. equitationes, Diæta vegetabilis minime pingvis, vita ruralis, V. Sect. tempore æquinoctiali &c. plurimum efficiunt.

Sp. 6. Vom. Consensualis & Spaſmodicus.

*a*) — *a graveolentibus:* a) nidore carbonum b) Syncopalis a Pulvere nicotianæ & fumo ipſius c) a fœtidis & vapore ſentinæ navium &c. conf. ſp. 3.

*b*) — *Gravidarum*, Sauv. ſp. 12.

*c*) — *a dentitione* Sauv. ſp. 4. b) a titillatione ſub axilla, Schultz ſp. 14.

*d*) — *Patheticus:* a) *ab Ira*, b) a bile nimia, Schultz 15.

*e*) — *Sympathicus:* a) a læſione capitis. Vom. Cephal. S. ſp. 23. b) a calculo Renum vel Bilis, — Nephrit. S. ſp. 20. nauſ. Nephr. S. ſp. 7. c) a Luxatione; d) Epilepticorum.

*Cura:* Liquor Miner. Hoffm. & C. Cervi ſucc. ana Dr. ij, Eſſ. Confort. n. Dr. j; vel etiam Mixtura ſimpl. c. Paregoricis; nec non ſpirituoſa, & vinoſa, Acetum edulcoratum &c. in- & externe uſurpata, proſunt. Conf. Vomitum Nauſeoſ.

Sp. 7. Vom. Complicatus ſ. Symptomat.

*a*) — *Fe-*

*a*) — *Febrium:* a) criticus, Glaſſ. de febr. Sagar, Vom. Hæmorrh. Sauv. ſp. 28. b) Symptom. — Vom. febric. & rabioſ. S. ſp. 12. a. 14. & 29.

*b*) — *Dolorum:* a) Gaſtritidis, Gaſtrod. Colicæ &c. b) Metaſtaticus Arthriticorum, Rheumatiſmorum, & acrimonia ſudantium retrogreſſa, Schultz 17. Sauv. ſp. 19. Nauſ. Gaſtrit. & Apoſtem. Sauv. ſp. 9. 10.

*c*) — *Exanthematicorum:* a) a contagio, b) Metaſtaticus a retropulſa Miliari, Rubeola, Scabie, Eryſip. Herpete &c. Schultz. 17.

*d*) — *Profluviorum:* Hæmatem. Choleræ &c.

*e*) — *Nervoſorum:* Epilepticorum, Hyſtericarum, Tuſſientium &c. Vom. Hypoch. Sauv. ſp. 9.

*f*) — *Debilitatum:* Syncopalis, Dyſphagiæ, Aſthmaticorum, a viſcido Pulmonum Diaphr. irrit. &c. Vom. ab Oeſoph. Obſtr. & — Urinoſ. S. ſp. 21. 27.

*g*) — *Intumeſcentiarum:* Herniarum, Hydropicorum &c. ex obſtruct. Hepat. Lienis, Pancreatis &c. Schultz. 9. Sauv. ſp. 16. 17. 18. 24. Nauſ. Gaſtrocel. Sauv. ſp. 4.

*h*) — *Maraſmorum:* a Pyloro calloſo, S. ſp. 8. a materiis putridis Pancreatis, Hepatis, Meſenterii & Pulmonum, nec non ab ulcerum conſolid. Schultz. 13. Vomit. ab ulcere, Abſc. & ſteat. ventriculi S. ſp. 10. 11.

*Cura:* Antecedentium & morbi primarii.

Gen. 93. CHOLERA Sauv. Hoffm. T. III. p. 165. Vog. G. 110. Linn. Culleni; *Paſſio Cholerica; Cholera morbus* Sydenh.

Utſots-wred.

Gaſtrodynia & Colica peracuta uno impetu invadens, cum enormi vomitu bilioſo & alvi dejectione, proſtratione virium, atque ſubinde crurum brachiorumque contractione.

Spec. 1. Chol. Passiva.

*a*) — *Diætetica:* a) a cibis nimium ad fermentationem pronis, dulcioribus, pingvibus toſtis, Cremore lactis, Horeis ſemicorruptis, fungis, ovis Lucii, Barbi &c. Sauv. ſp. 3. & 5. a Fragis, Hoffm. l. c. obſ. VII. b) crapuloſa, a Muſto vel Vinis & Cereviſiis ferment. nec non Myrica l. Ledo aromatiſatis. S. ſp. 11.

*b*) — *Medicinalis:* ex abuſu Draſticorum, Nucis vomicæ, Helleb. Albi, Eſulæ, Ricini, Colocynth. Hepatis Antim. &c. Hoffm.

*c*) — *Venenoſa:* a Mercurial. Arſenico, Ærugine, Auripigm. &c. Chol. a Ven. S. ſp. 4. conf. Gaſtrit. Cl. II.

*d*) — *a Vermium* pituita: S. ſp. 9.

*e*) — *Infantum:* a) ex ira matrum excandeſcentium, Hoffm. b) a dentitione, Sydenh.

*Cura:* pro re nata tormina ſedanda & corrigenda vel removenda, Abſorbentibus, Cremoribus & Decocto Albo Syd. liquore Poſletico; Lacte, aqua egelida mixto; Emulſioni-

ſionibus oleoſis & juſculis Gallinaceis valde dilutis; vel Infuſis Menthæ cr. & Chamom. vulg. interdum c. Oxycrate Citri: vel Liquore Miner. Hoffm. nec non c. Balneis, Fomentis emollientibus vel ſpirituoſis, atque Enematibus; Pulvere ſudorifero Doweri, ſ. Theriacalibus; atque ultimo Roborantibus; & Anthelminticis in verminoſa.

Sp. 2. Chol. Bilioso-serosa.

*a*) — *Spontanea:* a) circa menſem Auguſti &c. Sauv. ſp. 1. b) æſtivalis, endemica Indorum, Arabiæ &c. — Ind. S. ſp. 7.

*b*) — *Idiopathica* Cholericorum, ex ira;

*c*) — *a Colluvie* corrupta Vog. Præl.

*Cura:* Antecedentis, & ad veſperem Hauſtum ſalinum ex ſale Abſinthii c. ſucco Citri ſaturatum atque aqua Menthæ & Cinam. Vin. Laud. Liq. Syd. & ſyrupo Aurant. edulcoratum adhibeas. cfr. Syd. Hoffm. Vog.

Sp. 3. Chol. Complicata ſ. Symptomat.

*a*) — *febrium ſimplicium: F. Cholerica* Hoffm. Vog. a) Tertianæ Hoffm. T. II. p. 119. Caſ. 8. b) Synochi & c) Remittentium, Chol. interm. *S*auv. ſp. 6. conf. Tritæoph. & Amphimer. bilioſ. & Hemitr. Acut. Leipyriæ &c.

*b*) — *Dolorum:* Enterit. &c. Chol. infl. *S*auv. ſp. 8.

*c*) — *Metaſtatica:* Arthritica vel Rheumatica, a ſudaminum, pedis &c. repulſione, Eryſipelatoſa, Herpetica, Polonica &c.

*Cura:*

*Cura*: revellentibus ad cauſſas primarias accommodanda.

Obſ. *Cholera ſicca* Ructuoſa Hipp. & Syd. Sauv. ſp. 2. conf. Vomitum & Colicam flat. *Fluxus Cœliacus*, conf. Cl. VIII.

Gen. 94. DIARRHOËA Auctorum, Vog. G. 105. *Levitas inteſt.* Celſus; *Alvifluxus*; *ventris profluvium*; Diarrhe; Utſot. Frequens & fluxior recrementorum & excrementorum per alvum dejectio, ſine vehementi & febrili ſenſu doloris.

Spec. 1. Diarrh. Passiva.

*a*) — *Diætetica*: a) ſtercoraria, a neglecta alvi exoneratione; b) cibalis, a potu ferment. ingluvie, vel cibis inconſvetis, oleoſis, nidoroſis, ſemicorruptis &c. Diarrh. ſterc. & — Acraſ. Sauv. ſp. 1. & 7. c) ex aquarum inasſvetarum uſu, Norkopienſis &c. d) Lactantium S. ſp. 19. conf. Roſenſtein L. cit. p. 72. e) a dentitione S. ſp. 15. f) ab equitatione, — Adip. S. ſp. 18.

*b*) — *Medicinalis*, ex inopportuno Catharticorum uſu; *Hypercatharſis*, Vog. G. 123. S. ſp. 16.

*c*) — *a terrore*:

*d*) — *verminoſa*: Sauv. ſp. 14.

*e*) — *Calculoſa* infantum: Armſtrong, an account of the diſeaſes to children. Lond. 1777.

*Cura*: Diarrh. infantum & illa a dentitione,

tione, Vino Emetico & Pulvere vitæ, vel Abſorb. c. Rheo, & Verminoſa Anthelm. corrigitur; Cibaria & ſtercoraria v. Rhabarberinis & Amaris. Eſſ. Aurant. Gent. Caſcar. &c. Diarrh. a terrore, & equit. Elixir Vitrioli M. vel ſpir. Antiſcorb. c. Eſſ. Caſcarillæ, atque Calculoſa balnea & paregorica expoſcunt. conf. Sp. ſeq.

Sp. 2. Diarrh. Biliosa.

*a*) — *Idiopathica:* cholericor. ex ira &c. Sauv. ſp. 8.

*b*) — *a Colluvie corrupta* æſtivali.

*c*) — *Spontanea*, a colluvie bilioſo-ſeroſa &c. Diarrh. Spont. S. ſp. 2.

*Cura:* Antecedentis. Æſtivali infantum Ipecac. prodeſſe D. D. & Aſſeſſ. Bergius in materia ſua Medica confirmat.

Sp. 3. Diarrh. Catarrhalis, ſæpius Metaſt. & critica.

*a*) — *Autumnalis:* a frigore, ſerum acre reprimente; Diarrh. pituit. S. ſp. 4.

*b*) — *Cerebralis:* — ſeroſa, S. ſp. 10.

*c*) — *Arthritica:* Sauv. ſp. 9.

*d*) — *Mucoſa:* ex Hæmorrh. ſuppreſſione.

*e*) — *Puerperarum:* a) ſymptom. ante febrem lacteam a ſcybalis &c. b) critica febris lacteæ, Deleurye traitè des accouch.

*f*) — *ſeroſa:* Iſchuriæ, S. ſp. 10. a. conf. ſpec. ſeq.

*Cura:* Primum inſultum Rhabarbarina c. Cremo-

Cremore tartari mane, & Theriaca Ven. veſpere aſſumpta removebunt; protractam v. & habitualem redditam Diarrh. Cremores Cichoracei, cum Elixirio quodam viſcerali, & Martialia Antimoniſata, ut Crocus Martis Antim. Stahlii, temperant. Aquæ Miner. noſtræ vel Spadanæ menſibus æſtivalibus, Elixir vero Anticachectic. Nob. D. D. & Arch. Heidenſtami, & poſt hoc vinum Chinatum, c. Pomis immat. Aurantiorum & Rad. Gentianæ, menſ. hibernis maxime conducunt; neque Specif. ſic dictum Antifebr. Crollii, refracta doſi, ſine commodo ſanitatis adhibiturus eris.

Sp. 4. Diarrh. Complicata ſ. Symptomat.

*a) — febrium ſimplicium:* a) critica, Glaſſ de febribus; b) Symptom. — Febril. — Febric. & — colliqv. S. ſp. 3. 13. a. & 20.

*b) — Dolorificorum & Exanthem.* a) critica — Variol. S. ſp. 6. b) Sympt. Aphtoſa, a Scabie retropulſa, Roſenſtein; c) — a Pleuritide & — Chilienſ. ex inflamm. ani S. ſp. 12. & 21. d) Puerperarum a lochiorum ſuppreſſ. — Choleriodes, S. ſp. 17.

*c) — Profluviorum:* — Carnoſ. S. ſp. 5.

*d) — Nervoſorum & Paralytodeorum:* — Iſchur. S. ſp. 10. a.

*e) — Intumeſcentiarum & Maraſmorum*, ex acrimonia Purul. &c. — Colliqv. Phthiſ. &c. S. ſp. 11. 13.

*Cura:* præcedentis & morbi primarii. Colliquativa ſequenti potiuncula levatur: Rec.

Decocti Caſſ. lign. Lib. ij. ſol. G. Arab. Ocul. cancr. præp. ana Unc. *ß*. Extr. Campech. Scr. j. ad ij. Syr. Myrtill. vel de Mecon. Unc. j. Si cum Aqua Bened. paratur, fortior evadit.

Gen. 95. DYSENTERIA Auctorum; *Tormina* Celſi, Lommii; Rödſot. Diarrhœa febricoſa, dejectionibus torminoſis & pituitoſis, interdum cruentis ſpumoſisque, atque teneſmo graviſſimo complicata.

Spec. 1. DYSENT. PASSIVA.

*a*) — *Diætetica:* a) ex aquis inasſvetis Dyſ. S. ſp. 3. b) Cereviſiis, Göttingenſ. *Pötting* &c. Brendel; c) potu ſpirituoſo, Tiſſot; d) a Pyris præcocibus & fructibus facile corruptis vel ferment. S. ſp. 12. b. e) ab ingluvie, Vogel; f) a fungis, Chol. Aurig. S. ſp. 3. b. g) a fame, alteratione & exhalationibus putridis, Zimmerman von der Ruhr unter dem volke p. 341. 344 conf. Spec. 4.

*b*) — *recidivans:* ex ira, frigore &c. Pringle.

*c*) — *Medicinalis:* a Catharticis, S. ſp. 12.

*d*) — *Gravidarum*, a protracta Diarrhœa, Sauv. ſp. 4.

*e*) — *Verminoſa?* Sauv. ſp. 15. Huxh. T. I. pag. 290.

*f*) — *a vulnere:* Hepatirrh. S. ſp. 3.

*g*) — *Simulata?* Dyſent. S. ſp. 8.

*Cura:* Plethoricis V. Secanda, poſteaque cura

cura generalis inſtituenda c. gr. iv. vel v. vitri Antim. cerati, vel Pulv. Ipecac. vel Rhei mane, & Diaſcordio ſ. Theriaca Ven. veſpere, ſuperbibendo ſingulis horis de variis Cremoribus, Hordei, Avenæ, Fagopyri vel Oryzæ, ut etiam ex Decocto alb. Syd. vel Lacte rec. cum Cera (Vogel), vel aqua tenujori Calcis mixto. Digniſſ. D. D. Huxh. ad ſanguinem diluendum pauperibus aquam egelidam, poſtea vero, probe purgatis inteſtinis, ad firmanda illa frigidam, opii pauxillo adjectam exhibuit. De cetero Clyſmata ex dictis Cremoribus, vel ex infuſo fl. Cham. c. Ol. Lini, Oxym. ſimplici & Diaſcordio, partitis vicibus injicienda. Dyſ. ab exhal. putridis ut maligna Sp. 4. curanda.

Sp. 2. Dysent. Pseudo-inflammatoria, cum rubore faciei, febri Synochali, pulſu duriuſculo, torminibus gravioribus & parca excretione, Zimm. p. 368.

*a*) — *Acuta:* ſumme dolorifica, c. ſiti intenſiori, Lottringiæ 1734.

*b*) — *Rheumatica:* a) vernalium; b) periodica, Homes obſ. p. m. 117.

*c*) — *Birioſo-phlogiſtica:* ex ira, confer Chol.

*d*) — *Infantum:* cum infl. Eryſip. Sarcome.

*e*) — *Maligna*, cum phlegmaſia putrida, Zimm. pag. 358.

*Cura:* Hæc ſpecies præter cremores Avenæ &c. leniſſima laxantia ex Tinct. aquoſa

Rhei, vel potius ex ſolis Tamarindorum fruct. vel cremore Tartari & G. Arabico, in ſero lactis ſolutis, V. Sectionem, interdum repetitam, Fomenta abdominis, Emulſionem communem c. anima ſic dicta Rhei, & Pulveres ex Gummi tragag. & Paſta Alth. cum tantillo Opii & Salis ammoniaci vel Nitri requirit. Cucurbitæ ſcarificatæ ad Coxygem, atque Clyſmata unciarum IV. & V. cum mucilagine Sem. Lini & Succo Cancrorum mixta & ſæpius injecta, multum conducunt.

Sp. 3. Dysent. Biliosa, c. pallore faciei, amaritie oris, vomituritione levante & excretis variegatis, Zimm.

*a*) — *Blioſo-Sporadica:*

*b*) — *Blioſo-putrida* æſtivalium & autumnalium, ſæpiusque Endemica: Dyſ. Epid. — Æquin. & — carnoſ. S. ſp. 6. 14. 16.

*c*) — *Atrabilaria:* S. ſp. 5.

*d*) — *Pituitoſa* alba, Sarcome, S. ſp. 10.

*e*) — *Protracta:* conf. Spec. 5.

*Cura:* Emetica, vel potius Emetico Laxantia, ex Ipecac. & Rheo, c. Tartaro emetico acuta, partitis vicibus bis vel ter quotidie, c. infuſo Fl. Cham. v. vel Menthæ, pluribus diebus, alternatim c. Decocto Tamarindorum vel potione Mannata & cremore Tart. repetita, usque quo colluvies expurgata ſit, præſtant. Inſimul Balnea & Clyſmata applicanda & Cremores c. G. Ceraſorum vel Decoctum Myrtillorum, cum oculis Cancrorum

crorum præpar. atque ad veſperes Eſſent. Febr. n. cum Laud. liqu. Syd. vel Theriaca ven. ſi dejectiones copioſæ, & tormina nimis urgeant, propinanda ſunt. Evacuata materie morboſa, Pulvis Rad. Symphyti & Boli arm. c. Ol. Lini, Aceto & Theriaca vel Diaſcordio, conveniunt, ut etiam Tinct. Rhei c. aqua Cinam. l. aqua Calcis c. Lacte mixta, & Eſſent. Febril n. Mixtura ſimplex, Spir. Antiſc. Drav. vel Liqu. Miner. Hoffm. cum Eſſent. Caſcarillæ aliisve levioribus adſtringentibus.

Sp. 4. Dysent. Maligna, pandemica, c. Hemitritæo acuto, algoribus ſcilicet repetitis, Cardialgiis, & ſumma virium proſtratione, ſummeque putridis excretis asſociata.

*a*) — *a putridis ſtagnantium:* a) vernalis Huxhami T. I. p. 284. b) Autumnalium; c) a putredine latrinarum S. ſp. 7. b.

*b*) — *ab aëre corrupto:* a) Noſocomiorum, b) Carcerum &c.

*c*) — *Famelica:* Zimmerm.

*d*) — *Caſtrenſis* & *Obſeſſorum:* S. ſp. 7.

*Cura:* Quemadmodum Ill. D. D. Zimmermann Libr. cit. monuit, natura Epidemiæ & tempeſtatis, non minus quam ætas, vires & ſtatus corporum, atque ſtadia morbi obſervanda. Mundities & quotidiana aëris renovatio maxime his neceſſaria, in eumque finem excreta Calce contegant, & habitacula Summitat. & Bacc. Junip. vel Aceto &c. perfument.

ſument. Juſcula Gallinacea vel vitulina, nec non inf. Chamom. cum vitellis ovorum, potus eorum loco Cremorum cerealium eſſe debent. Ipecacuanha tantummodo ad gr. iij, ſed ſingulis duobus vel tribus horis repetita, cum dictis Juſculis ſecurius, quam V. Sect. & acida putredinem vertunt & malignitatem infringunt. Theriacalia & Camphorata ſudorifera, Veſicantia, Tonica acidulata & Vinoſa ſufficienter edulcorata, maxime v. Chinata, ſub evacuationes colluviei adhibita, tutiſſima evadunt. Vitrum Antim. ceratum Illuſtr. Baro Pringle, aliique in principio Caſtrenſium, immo etiam in protractis, utiliſſimum obſervarunt; in Dyſent. v. nimis Teneſmodica, torminoſa & protracta D. D. Brocklesby exoptato c. fructu quovis mane & veſpere gr. j opii c. gr. iij Ipecac. in forma Pilularum uſitatus eſt. In vernali ſua Epidemia D. D. Huxh. V. Sect. neceſſariam invenit; nec pœnitendo eventu contra lumbricos hujus Epid. Calomel adhibuit; & ubi ſanguis nimis fuit diſſolutus, D. D. Monro ope Diaſcordii vel Corticis & ſimul Rhei, & Opii ad noctem, & D. D. Percival c. aëre fixo in Clyſmatibus feliciter naturam ſuffulcivit. Quid ſuccus defæcatus Sorbi Aucuparii & in Dyſent. & in Menorrhagiis efficiat, dies docebit.

Sp. 5. DYSENT. PROTRACTA, Complic. & Sympt.

*a*) — *Metaſtatica:* a) Podagricorum, Brend. b) ex obſtr. Menſ. conf. Hæmorrh. c) cum Rheumatiſmo alterans; d) Plicæ Polon. Primi-

tiæ Phyſico Med. Poloniæ Vol. I. p. 168. S. ſp. 19. e) præſervatoria, Zimmerm. p. 18.

*b*) — *Febrium ſimplic.* a) critica, Huxh. T. I. p. 288. b) ſymptom. *Dyſenteria* Febric. Werlh. — interm. S. ſp. 17. Hæpatirrh. interm. S. ſp. 7. conf. Hemitr.

*c*) — *Dolorum* & *Maraſmorum:* Peripneum. Pleurit. Cynanchis, Enteritidis, ex abſceſſu Hepatis, Pancreatis, Meſent. Dyſ. S. ſp. 11. Hepatirrh ver. & Meſent. S. ſp. 1. 4. conf. Claſſ. VIII.

*d*) — *Exanthematicorum:* a) critica: b) ſymptom. Varioloſa, Petechialis, Aphtoſa, Miliar. &c. Dyſ. S. ſp. 20. Aphtha maligna, S. ſp. 2. b. & 3. b.

*e*) — *Profluviorum:* Catarrhalium, Diarrhœæ, Choleræ, Hæmorrhoidar. &c. Zimm. pag. 353.

*f*) — *Nervoſorum:* Maniacorum, Hipp. Sect. VII. Aph. 5. a motu Convulſivo inteſtinorum protracta, Juiſſieu.

*g*) — *Debilitatum* & *Intumeſcentiarum:* — Scorbut. S. ſp. 18. Hepatirrh. inteſt. S. ſp. 2.

*Cura:* In protractis D. D. Juiſſieu. Simarubam commendat; nos v. eundem effectum de Cort. interm. Ulmi expectamus. Tinct. Rhei aquoſa cum Manna, & aqua Benedicta c. lacte, atque Inf. Chinæ, aliaque Tonica ex Caſcarilla, Faba pecurim, Mimoſa Catechu, Extr. Campech. Tormentr. Salicaria, vel Geo urb. &c. nec non *Balſamus Locatelli*, ex Ceræ fl. & Tereb. Ven. ana Unc. i*ß*. O. Hy-

 per.

per. concentr. Unc. iij. Balſ. Peruv. Dr. iij & Extr. Campech. vino ſol. Dr. j, ad Drachmam bis quotidie adhibitus; vel Tinct. Traumat. Innocentii; Pulv. G. Arab. ſ. Tragag. c. Maſtiche; & Clyſmata ex Unc. iv. Lactis, vitello ovi unius, Dr. ß. Tereb. & Dr. j. Theriacæ, in Caſibus pertinacioribus adhibenda ſunt. D. D. Hermannus in Primit. Phyſic. Polon. T. III. p. 69. Oleum Momordicæ Balſaminæ ad Dr. ß. l. j. ſingulis trihoriis, ut tutiſſimum remedium extollit. Ante omnia ſimul Diætetica cum Pane Triticeo, Sagu, Saleb, aliisque eupeptis, aërem temperatum, & quæ morbo primario conveniunt, obſervent. Conf. Librum antea cit. Ill. Zimmermanni, præ ceteris exquiſite & feliciſſime curam ſpecierum hujus morbi exponentem.

Gen. 96. CREPITUS Linn. Wäder.
Crebra flatuum dejectio maxime per inferiora.

Spec. 1. Crep. Intestinalis; *Flatulentia* Sauv. Vog. G. 127.

*a*) — *Diæteticus*: a) acidus; b) nidoroſus; flat. infant. S. ſp. 5. c) per ſuper. cfr. vomit. ſicc.

*b*) — *Bilioſo-ſanguineus*: — Lochial. S. ſp. 6.

*c*) — *Spaſmodicus*, Hypocondr. S. ſp. 3. 7.

*Cura:* Cibos diu maſticent, diætam ex animalibus magis ſaturatam obſervent, Sero lactis l. Infuſo Fl. Chamom. frigido, acidulis atque variis exercitiis corporis ſimul utantur. conf. Sauv.

Sp. 2.

Sp. 2. Crep. Genitalium; *Ædopſophia* Sauv. *Ecphyſe* Vog. G. 124.

*a*) — *Urethræ* Ædopſ. S. ſp. 1.

*b*) — *Uterina* — S. ſp. 2.

*Cura* antecedentis.

Obſ. *Crep. ructatorium* ad vomitum retulimus.

Gen. 97. DYSODIA Sauv. Vog. G. 125. (*q*) Beſwärande utdunſtning. Exhalatio fœtida, ex toto corpore vel ejus parte.

Spec. 1. Dysod. Universalis, totius corporis. *a*) — *Diætetica:* a) acida infantum b) ranci-



(*q*) Quo jure Clariſſ. D. D. & Prof. Cullen, in ſynopſi ſua Noſologiæ Methodicæ, ex ordine Generum vel Specierum Crepitum Linn. Dyſodiam atque Ephidroſin Sauv. alioſque re ipſa morbos ex toto eliminavit; Hæmatemeſin v. Hæmaturiam & ſtomachacen, nec non Hecticam & Petechialem &c. ut mere ſymptomaticos conſideraverit, id non videmus. Cum pace etiam Auctoris obſervare liceat, eum Leucorrhœam c. Menorrhagia, Tuſſin cum Catarrho, & Phthiſin c. Hæmoptyſi mire combinaſſe; pariter ac Choleram & Diarrhœam, nec non Pyroſin, Colicam & Dyſpnœam ad ſpaſmos, & Ephemeram Britannicam ad Typhum ablegaſſe, atque Gonorrhœam, Profuſionem Linn. nonnulloſque alios ſeroſos ad Locales, quos inter profluvia retinere voluimus, collocaſſe. Potiori jure Furunculum & Guttam roſaceam Sauv. Papulas & Achores Linn. Varum, Hordeolum, Phimoſin, Proctitidem, Erythema, Gangrenam & Sphacelum &c. quos omnes in unum Genus complicatos ad Phlegmonem Phlegmaſiarum retulit, ad locales demandare atque in ſua genera diſtribuere potuerat; ut ſilentio alia obſervatu digna prætereamus.

rancida ruricolarum, ex Clupea &c. c) alliacea &c. d) a fumo Nicotianæ e) Æthiopicorum, Judeorum, Muſcovitarum.

*b*) — *Bilioſa*, Hircina, Amatoria, — Hircina. Sauv. ſp. 9.

*c*) — *Complicata*, morboſa: a) acida intermitt. Arthriticorum, b) urinoſa Nephriticorum Sauv. ſp. 10. &c. c) Varioloſa, Miliaris, Eſcharotica &c.

*Cura* Munditìes obſervanda, & de cetero acrimonia humorum acida alcaleſcentibus, alcalina v. lacticiniis & juſculis &c. atque amatoria Camphoratis, Mentha cr. &c. temperanda.

Sp. 2. Dysod. Partialis.

*a*) — *Capillitii*: a) ſpontanea, b) Eſcharotica, — a Tinea, S. ſp. 7.

*b*) — *Aurium*: a) infantum, b) ab Otorrhœa — S. ſp. 6.

*c*) — *Narium*: a) a Muco condenſato, b) Ozæna &c. — S. ſp. 1. — a rhinoſten. S. ſp. 2.

*d*) — *Oris*: a) Jejunorum, b) Diætetica & Gaſtrica, — ſtomach. S. ſp. 4. c) Pulmonica — S. ſp. 5. d) ex acrimonia ſcorbutica, tartarea, carioſa vel carcinomatoſa oris &c. — ſtomacica. S. ſp. 3. e) Hydrargyroſa.

*e*) — *Axillarium*: — S. ſp. 8.

*f*) — *Pudendorum*:

*g*) — *Pedum*: — S. ſp. 11.

*Cura*: Antecedentis & morbi primarii.

ADDEN-

# ADDENDA.

Pag. 19. lin. 19. d) Cholerica Hoffm. T. II. p. 119.
P. 21. l. 18. a retrop. Scabie. Tert. Metaſt. S. ſp. 11. b.
P. 34. l. 25. o) Puerperar. Tranſact. Med. V. II. N. 1.
P. 38. l. 2. b) Traumat. S. ſp. 2. de lin. 13. huc refertur.
P. 69. inter lin. 4 & 5. b) - *Lactea* gravidarum & puerper. a) Mammalis; b) femoralis; c) hypogaſtrica, Puzos.
P. 73. l. 22. Nagel-trång.
P. 76. inter lin. 29. & 30. h) -- *Cutaneum*: Tibiale &c.
P. 80. l. 24. Ani, pudend. ab Aſcarid. S. ſp. 19. huc refertur de ſpec. 2. var. i.
P. 81. l. 12. a) a deviatione Lactis ad cutem, Puzos; b) e perſpirat. retenta dorſi, muliebrium &c.
P. 83. l. 3. *a Tuſſi l. Vomitu*: pertinet ad variet. g; & lin. 27. *Vulnerum* ad variet. h.
P. 84. l. 15. Erythema Serpentum ſcarificat. & Ammonicalia requirit.
P. 88. l. 16. a refrigerio pedum, conf. ſp. 1.
P. 91. l. 27. *Cura*: poſt abbreviationem palpebrarum, more ab Illuſtri D. D. Acrell, in Libro Chiruriſka håndelſer deſcripto, erit - - -
P. 92. l. 8. dimove ſubvariet. e) *a conatibus* &c. ad variet. ſeqv.
P. 95. lin. ult. Tandſiuka.
P. 96. inter lin. 4 & 5. c) -- *Hectica*, Armſtrong an account of the diſeaſes moſt incident to children &c. Lond. 1777.
P. 96. l. 10. In Hectica D. D. Armſtrong præter diætam tenuiſſimam gr. ß ad duo Calomelis, c. Diaſcordio mixtum, & Salis polychr. Scrup. ß c. gr. iv Rhei, alternis diebus propinata plurimum commendat; nec minus Tartarum ſtibiatum horis veſpertinis ante pyrexias, ubi cruditates primarum viarum id poſtulant.
P. 102. inter l. 14 & 15. e) -- ex oſſificatione valvul. ſemil. atque Aortæ; *Angina Pectoris* Anglorum, Medical tranſact. Vol. II. 6. & Vol. III. 1. 2. Medic. Obſ. V. VI. 22.

P. 127. l. ult. e) a pollutione.
P. 130. l. 27. *Verminoſus Rheum.* S. ſp. 8. b. refertur ad Sp. 1. varietatemque a.
P. 133. l. 2. D. D. Fuun Ptiſanam Bardanæ, Sarſæ, Polypod. & L. ſancti interne, & Ol. Culilaban Lauri cum Saponaceis mixtum externe infrictum in Act. Harlem. ut Antarthrit. tutiſſimum extollit.
P. 133. l. 28. *Synochalis*, lege Syncopalis.
P. 134. l. 10. D. D. Wiel, Pilulas ex anatica portione Extr. Gent. r. Trif. fibr. & Vitrioli albi, ad gr. vj ter quotidie ſumtas, in Arthritide & inde ortis morbis, ut optimum in ſe & aliis remedium expertus eſt.
P. 144. l. ult. Cum Emeticis, & die ſequenti Veſicantibus, malum ſæpius in principio prævertit D. D. Lind.
P. 154. inter lin. 18 & 19, e) ex Urticis, Cactis l. Phaſeolis &c.
P. 159. l. 19. c) Lactea, Puzos.
P. 162. inter l. 27 & 28. & Cremor hordei c. Vitriolo albo acutus D. D. Armſtrong
P. 164. l. 10. Elbsmärcke.
P. 164. l. 22. lege Vibices Malignarum Foreſti; conf. Eryth. Ecchym.
P. 172. l. 28. pro *Hyſtriciaſeos* lege Leontiaſeos Sauv.
P. 178. l. 20. pro Menſium, Hæmorrhoid. &c. lege tranſpirantium &c.
P. 181. l. 10. Hæm. a diapedeſi, S. ſp. 3. pertinet ad Sp. ſeqv. & variet. c.
P. 196. l. 22. aliisve heterog.
P. 217. l. 29. f) a calculis deglutitis Sag. ſp. 11. b.
P. 218. l. 8. c) Vom. calculoſ. Sag. ſp. 11. a.

CLASS. V.